puritum gignūt. nā illā aquā habēt loco ar/mature (bucufqz soli. pli. li. xi. c. xxxi.) dicit sic de formicis subinuitē cōicāt/ et abos querūt quibus vtiliores sunt apes que abos vtilēs faciunt sed he recondūt/ maiora ferunt onera q' eaz sint corpora. paruitatē corporis reaperant magnitudine vtutis pōdera sua gerūt morfu et q' p magnitudine ore ferre nō pnt/ a uerse pedibus posterioribus obuoluere moluntur. de re sua punica eis est cura rō et memoria. nā semina abrasa recondunt/ ne sursum germinent in fruges et grana dispersa recolligunt cū diligentia/ ne perdantur et grana maiora diuidunt in introitu. vt sic ea facilius in sua repositoria introducant. in plenilunio noctis operantur. cessant autē in interlunio a labore. et quia d' diuersis locis abos conuebūt habent certum tempus ad mutuam recognitionem datum sibi/ et fit concursus et fit cū obuijs quasi quedam collocutio et diligens percuratio. redeunt per senitas certas et tritas et expeditas quas etiam per silices legerunt. Sunt autem formice paruule stricte circa ventrem et quasi ante que tandē crescentes efficiuntur pennate. et sic in finem ad modū muscarum infra volatilia minuta transformantur. Item ibidem. c. xxxij. Sunt quedam formice indice maxime et comute/ que mixta cupiditate gemmas et aurum custodiunt. sed hoc indifurantur in estiuo tempore/ quando formice i tumulis propter feruorem nimium absconduntur. sed formice odore sentiunt et sollicite peruolant. et aurum deferre cupientes/ crebro laecerant/ quāuis velocibus camelis formicas fugiant. tantaqz inest eis perniciosa fentis/ ex amore auri. Aristo. ait de formicis li. viij. i formicis sicut et in apibus est sensus olfactus odit enim omne fetidum. vnde si quis submigauerit domos formicarum cum sulphure vel origano agresti/ vel cum cornu ceruine cōbusto fugiunt et dimittunt domos suas. quāuis autem formice in grege viuant/ et sibi mutuo obtemporent. tamen regem non habent et dicit aristo. li. i. et salomon. idem dicit puer. vi. sformica duce non habet nec pceptorem et c. vbi dicit glo. si tantillum animal pice carens/ rationis expers natura duce sibi in posterum puidet. multo magis tu ad imaginem dei conditus. ad videndam eius gloriam vocatus cum tanto magisterio adiutus ipsum deum creatorem habens duce. i pfecti debes fructus colligere/ quibus possis viuere in futuro. quere glo. Solertiam autem formicarum quam supra cōmendant aucto

De animalibus

res approbat aristo. li. viii. vbi dicit. operatio formicarum est manifesta volenti ipsa intueri quoniam formice semper ambulat via vna et deponunt cibum suum et laborant in nocte apud complementum lune etc. aliquas tamen habent minus laudabiles proprietates/ quod arborum ledunt radices/ iuxta quas nidificant. manus tangentium coinquinant. ad summitates arborum scandunt. flores et germina earum corrodingo violant. imo fructus si permittantur concuuant et manducant. hominibus nocent/ at tamen versus iuuant. nam dicit plinius. li. viii. quod vlti quando egrotant querunt formicas quas deuorant. et sic comeste eos sanant. et aliquibus tamen casibus medicinalia sunt oua formicarum. quere in secundo libro de ouis.

Formicaleon a formica et leone recipit denominationem (ut dicit Isidorus. li. xij. formica est et leo. Est enim animal paruum formicis infestum. nam furue earum domunculas propriasque subintrans granum comedit formicarum. et sic per subtractionem victus causa est quare simplices formice in fine necessario moriuntur. ab alijs autem animalibus deuorantur ut formica. nec potest se proprijs vinibus conuerti. et est species aranee. quere supra S aranea in littera. a.

Fucis dicitur a apis maior minor scababoe. dicitur autem est fucus/ eo quod labores comedit alienos quasi fagus a fagine quod est comedere. depascit enim quod non laborauit. quia nec mellificat/ sed aliorum mel manducat. De quo virgilius Iguanum fucus pecus a presepibus arceat. Et dicit Isidorus. li. xij. de his fucis dicit plinius. li. xi. c. xij. largior inquit mellis puentis adducitur in aluearibus et contubernio fuorum sunt autem fuci sine aculeo/ velut imperfecte apes. et sunt seruiciales ferarum apum. et ideo imperant eis vere apes. prius quia expellunt ad opera. tardantes autem sine dementia pungunt/ et puniunt neque in opere tantum sed et in fetu adiuant apes. Certe eo quo maior eorum fuerit multitudo/ eo maior fiet examinum puentis. cum mella vero ceperint maturasse/ abigunt eos a melle et singule aggressae eos tuadant atque fugant/ scilicet fucos. nec videntur nisi in vere. impatoribus apum fuci construunt regias mansiones. amplas/ magnificas separatas coopulo eminentes. et fiunt set angule oes celle singulorum et quauis fuci sustinent tot labores/ comedere tamen de melle vix permittuntur/ nisi quantum capiunt et furant. ut dicit plinius.

Griphes est animal penta/ et quadrupes in yperbozeis partibus siue montibus nascens/ omni parte corporis sunt leones/ alis tantum et capite aquilis assimilatur equis vehementer sunt infesti. et viuos boves deserunt (ut dicit Isidorus. li. xij.) adeo autem infestant equum (ut ait hugo.) quod equum armatum cum eo rapiat in sublime. ut dicit glossa. supra deu. xiiij. et stodiunt autem griphes montes in quibus sunt gemme preciose/ ut smaragdi et iaspides. nec permittunt eas auferri exinde. unde dicit Isidorus. li. xiiij. c. iij. partes quedam in sicca auro et gemis effluunt. sed griphorum imanitate accessus hominum est rarus/ ibi smaragdi optimi et cristalli etc. tam magnos habent ungues et tanta aplos quod inde fiunt cippi qui mensis regum apponuntur.

Glires sunt quedam bestiole quasi maiores mures sic dicitur. quia sonus efficit eos pigres. nam gliscere idem est quod crescere (ut dicit Isidorus. li. xij.) tota enim huiusmodi dormiunt/ et immobiles quasi mortui requiescunt. estiuo tempore reuiuiscunt de glire autem dicitur plinius. li. viij. c. xvij. quod glires in siluis libenter habitant et socios sibi notos amant. contra alienos autem dimicant et pugnant. insigni vero pietate genitores suos in senectute nutriunt. et eis alimenta iuuenes administrant.

Grellus sicut et cirognillus est animal paruum debile et infirmum/ rapax et mortiferum spinosum minus hericio ut dicit glossa. super le. xl. a sono autem vocis nomen sumpsit/ ut dicit Isidorus. li. xij. hoc retro ambulat/ et terras terebat/ nocibus stridet/ venatur cum formica/ circumligata capillo in cavernam eius comecta afflato prius puluere ne se abscondat/ et ita formice amplexibus trahitur.

Hinnulus cerui est filius ab binuendo ut dicit Isidorus. est dicitur. quia nutu matris absconditur. ut dicit Isidorus. li. xij. animal quidem est debile et imbellis sicut mula/ et est acutissimi visus/ et velocis cursus. mater autem eius ipsum in specibus et antris et locis vmbrosis abscondit. et illud ultra spineta et rubeta saltare instruit. ut dicit plinius. libro viij. c. de ceruis. vide supra littera. c. carnes habent teneras et digestibiles propter motus frequentiam ad discursum. ut dicit costantinus. et ysa. in dicta. et si fuerit castratus antequam creascent eius cornua/ caro eius melior est et temperatio in siccitate et calore ut dicit idem. et si fuerit castratus antequam cornua habuerit/ nunquam ei ulterius crescent. et si post nunquam ea abijcet nec mutabit. ut dicit aristo. lib. viij. et plinius

Dimuli serpentes contrariantur miro modo . qui enim fuerit inunctus eius sepo vel sanguine a serpente illo die non tangetur ut dicitur . xxxviii . libro . c . ix . et eius coagulum est summum remedium in venenis ut dicitur idem .

Hircus est animal peculium et lascivum / semper feruens ad coitum . ut dicitur Isidorus libro xij . cuius oculi ob libidinem in transversum aspiciunt nam hirci dicuntur oculorum anguli / ut dicitur idem . eius natura est calidissima / adeo ut adamantem lapidem quem nec ignis nec ferrum domare valet / eius cruor calidissimus remollit ut dicitur idem . hic caper est dicitur eo quod capere nititur arborum summitates ut dicitur idem . Incipit autem hircus ad generandum movere post unum annum ut dicitur aristoteles . libro v . et filius qui primo generatur est grossior et pinguior post generatum . Item idem libro vij . quidam hirci habent notabilem magnitudinem in auriculis sicut quidam arietes in caudis suis . nam quidam habent in latitudine plus quam latitudinis palmam / et habent prolixam barbam et caudam extenuatam in longitudine usque ad terram / et habent cornua multa / et fortia / atque grossa . et sunt hirsuti et duri odoris et fetidi . pinguedinis multae praecipue interius circa renes et tunc de facili moriuntur / nisi in pinguedine attenuentur . et quando sunt pinguedinis maioris tanto minoris sunt seminis / et paucioris generationis . ut dicitur idem libro vij . tunc non coeunt nisi raro . et propter hoc interficiunt eos pastores sapientes ante coitum / ut eos sacrificant siue servant ad vitam et si apparent macri extenuis quandoque / interius tamen sunt valde pingues . et accidit eis sepe monstruositas ut dicitur aristoteles . libro . xvij . unde aliqui visus est hircus habens cornua in auribus quod valde erat monstruosum . carnes autem hircine inter omnes carnes pecorinas sunt deteriores / dures et indigestibiliores . ut dicitur ysa . in dicta . et maxime quando hircus est decrepitus . cutis autem decrepiti est melior et fortior / sed odor est gravior / et caro peior . cum autem castratus fuerit caro eius erit humidior et tenerior / et minus dura ad digerendum et minus mala ad edendum . Dicit autem plinius . libro . xxvij . democritum dixisse hircum siue caprum nunquam sine febre esse . sanguis autem hirci cum hedera nutrita miro modo dissolvit calculum in renibus et vesica . ut dicitur Isidorus . cornu eius exustum fugat serpentes et sanat fistulas / et canceros et alios morbos ulcerosos . polipum etiam corrodit / et emundat . ideo cur hircinum valet contra morsum rabidi canis . fel eius visum clarificat . panem et telam corrodit . hircus

contra urina mixta cum felle eius leprosis confert et lentiginem tollit .

Hiena crudelis est bestia / similis lupo in voracitate / et in gula in morsus sevit / et eorum cadavera de terra extrahit / et corrodit . et ideo hiene ab hiene dicitur quia propter aviditatem voracitatem patulis inhiat ad praedam suam . natura eius est ut imitet sexum . nunc enim masculus nunc femina invenitur . et ideo imundum animal est (ut dicitur Isidorus . circuit domos per noctem / et humanam prout potest fingit vocem / ut ita suspicetur esse homo . De hiene autem dicitur plinius . libro . viij . c . xxxi . hieneis vitae est esse naturam . qui et alterius anni mare alterius feminam esse dicunt . parit autem sine mare ut credit vulgus . sed aristoteles . negat . viperis habet collum et dorsum elephantis . flecti non potest nisi totum corpus circumcingatur . tradunt fabulose pastores sermonem humanum fingere / alicuius nominem adducere / quem evocatum foris latet / nominationem hominis solet fingere / ad sollicitandum canes quos invadat . multos et innumerabiles habet colorum in oculis varietates et oculos valde mobiles . eiusque umbra facit canes obmutescere quos contingit . et omne animal quod ter lustravit / in eius vestigio figit gradum . hec bestia coit cum leena ethiopica / et generat animal quoddam crudelissimum / vires hominum et pecorum imitantem plures dentium acies vel ordines in utraque parte oris habentem . Dicitur hiene plures affrica gignit sicut et onagros et fibros et multa alia monstruosa (ut dicitur plinius) . Idem ibidem . hec bestia gignit lapidem qui hiene dicitur quem qui portavit sub lingua facit futura predicere et divinare ut dicitur solinus . Item dicitur plinius libro xxvij . hiene odit panteram . et si pelles utriusque bestie suspiciantur / dicuntur decidere pilos pantere . cum fugit hiene venantem dedit ad dexteram / ut praegressi hominis vestigia occupet . quod si non successerit dicunt mentes alienari . vel ex equo hominem decidere . aut si in hiene transferit de facili capitur bestia ut magi tradunt . Item ut dicitur idem . fel eius valde est medicinale / valet maxime contra caliginem oculorum . et multas etiam maleficis corde et iecore hiene vitatur magi . ut dicitur ibidem . aristoteles . vero dicitur libro . vij . quod quantitas hiene est sicut quantitas lupi . et in eius collo sunt pili / sicut in collo equi et habet pilos super omnia spodia . et devolvit homines et praedatur eos . et capit canes et devorat ita libenter sicut homines . et cavat se pulchritas ut comedat carnes mortuorum .

De animalibus

Hiricus est animal spinosum spinis hyspidis et asperis coopertis corium enim habet undique aculeis circumseptum/ ita quod se claudit quibus undique se protegit et defendit. nam statim ut aliquod presensent post se surgit/ atque in globis conuersus/ in sua se arma contra insidias recolligit. huiusmodi quidem prudentia est. ascendit enim in vitem siue in aliam pomiferam arborem. et uuas eradicat eracinat. pomamque deicit/ et cum poma in terram deciderit/ inuoluit se super fructus/ ut spinis infigantur. et sic portat escam filijs suis (ut dicitur Aristoteli. li. xij.) unde ab hyspiditate et rigore spinarum hircus vel hirciacus est uocatus. huius enim ut dicitur Aristoteli. li. i. spinas loco pilorum et cooperiunt sicut pili/ et sunt sibi arma quae pungit et ledit se capientem vel tangentem. Item dicitur Aristoteli. libro. iij. hirci alij sunt siluani. et alij terreni. et alij sunt aquatici/ et faciunt oua multa que non comeduntur. et sunt hircij partem habentes de carne. et hoc est eis proprium. Item habet hircus caput et os inferius/ et tamen exitus superfluitatis est superius/ quam nascuntur a parte inferiori. et propter hoc habet orificium in illa parte. superfluitas est nunc in dorso superius. et habet hircus quinque dentes putatos et inter illos habet partes carnosas loco ligule. et habet uentrem diuisum in quinque plenas superfluitates unde etiam est genus hircij/ albe teste/ et spinarum albarum. et est multorum ossium. Item hircus est debilis auditus/ magis quam alia animalia dure teste ambulans super quatuor pedes. Item libro. v. hircij agrestes coeunt stantes dorso applicato cum dorso. quia in illa parte ubi eiciuntur superflua se extinguunt. Item idem libro. viij. et multones apparent sensus in hircijs contra ventos septentrionales/ et meridionales. quoniam faciunt foramen in terra/ ad quod fugiunt quando oppresunt tales ventos imminere. unde quidam fuit in constantinopoli qui habuit hircium per quem presens cognouit et presedixit ventos futuros. et non intellexit aliquis unde talem noticiam habuisset. Item dicitur idem libro. xij. quod totus habet uentres quatuor dentes. et in illis uentribus generantur oua quibus et quidam hircij sunt alij meliores/ et oua quorundam maiora. et quedam sunt minora/ quam quedam melius decoquuntur/ et digeruntur quam alia. Item libro. xix. hircij habent modicum corpus/ et multas spinas maiores corpore. et eam magnitudinem spinarum et paruitatis corporis est/ quam nutrimentum corporis transit in eas/ propter caloris paucitatem et quia ab eis non bene digeritur unde generantur in corporibus eorum multa superfluitas. et illa superfluitas transit in nutrimentum spinarum (hucis

et aristoteli.

Hiriacus idem est quod cirognillus animal paruum et spinosum habitans in cauernis simile hircio. sed dicitur esse maius. de quo plinius. li. viij. c. xxxvij. hirciacum inquit more hircij se uolunt super pomam/ que spinis infixis deferunt in arborum concauitates. et preter illa que gestat in dorso/ unum semper gestat in ore. quando uenatur in modum pile se uoluit/ ne quod possit propter aculeos comprehendi. quando autem posse euadere se desperat hirciacus/ ex se uinam mittit rabificam et uenenosam. et illa uina primo nocet sibi/ si eius dorsum vel spina inde aliquatim aspergatur. nam tali fluxu dorsum suum leditur/ et euelluntur spinule dorsi sui. et ideo ignorat quod inde facilius capiatur. unde alios ledere proponerat. et ideo ars est quod tunc uenatur talis bestiola. quandoque est uina talis bestie/ penitus inannata uult dicere quod non prodest sibi sed magis nocet/ quia tunc fracto dorso et laxatis spinis ipsi minime ualet fuga. et ideo quia odore suo naturaliter percipit ratam in uina sua latescere uim ueni semper urine sue parcat/ ne eius uirulentia a se moueatur aut diffundatur quousque captiuitatis necessitas ultimo hunc compellat hec bestia quam uis paruula tanta se constringit fortitudine quam timet quod uix saluo corne poterit aperiri. In aqua igitur calida ponitur cuius aspersione quasi subito aperitur. et tunc ligatis pedibus posterioribus suspenditur. et sic suspensa fame tandem interficitur. nec aliter bono modo occiditur ut eius pellicula aculeata portetur. Et quamuis illius animalis corpusculum/ humanis uisibus non multum sit necessarium. tamen eius pellicula sic spinata ita mortalibus est necessaria/ quod si non essent aculei frustra uellerent mollicies in pecudibus mortalibus esset data ceteri enim hircina vestes poliuntur. Dec autem dicitur habere proprium hirciacus/ quod postquam pomis et racemis est oneratus. si cadent pomum de spinis suis casu aliquo/ pro indignatione omnia de dorso exant. et ut iterum se oneret reuerti ad arborem consuevit.

Iuuenca vel iuuenca est iuuenis vacca que ad excolendam terram iugo subijta est apta (ut dicitur Aristoteli. et ideo sic dicitur/ quia antiquitus ioui iuuenca imolabatur non taurus ut dicitur idem. Animal est peculum et lasciuum propter iuuentutem et ideo fortiori iugo premittitur ut dometur. si mulo etiam pungitur ut rectius sequi bouum vestigia coarctetur. iuuenca tauroz copule solet

esse apta. qz in tali etate eis coniungitur vt p̄gnetur 7 ipingnatur i pascuis vt p̄ varijs bonimum v̄sibus ducta ad macellum a canisice imoletur/ seu mactetur. carnes habet siciores 7 solidiores q̄ vituli lactantes propter remotiorem a lacte. sed teneriores / calidiores / 7 humidiores/ q̄ habent boues decrepit/ siue vacce. qz lactanti etati adbusit magis viane. vt dicitur in dieta.

Leo grece rex dicitur latine eo q̄ rex sit 7 princeps omnium bestiarum vt dicit Plin. libro xij. Leonum autē quidam sunt breues/ 7 iuba crīpa 7 hi sunt i belles. quidam vero sunt longi 7 coma simplici. 7 hi sunt acres. animos eorum frons 7 cauda iudicat. virtus eorum est in pectore. firmitas eorum in capite. septi a venatoribus terram contuentur/ vt minus circūspectis venatoribus terreantur. rotarum timent strepitus/ sed ignes magis. cum dormiunt vigilant eorum oculi. 7 cum ambulant cooperiunt vestigia sua/ ne eos venator possit inuenire. cū genuerint catulum tribus diebus/ 7 tribus noctibus dormire creduntur tunc demum patris suo fremitu vel rugitu velut tremefactus/ cubilis locus suscitare dicitur catulum dormientem. arca hominem natura leonum est/ vt nisi lesi irasci nequeant. patet etiam eorum misericordia assiduis exemplis. nā p̄stratis parant/ captiuos obuios repatriare permittunt hominem nisi in magna fame nec comedunt nec interimunt (huc usq̄ Plin. li. xij.) de leone autem dicit Plin. li. viij. c. xvij. leo in summa generositate est/ quādo iubis colla 7 humeri vestuntur/ quos pardi gignunt. semper carent hoc insigni coitum autem pardi cū leona odore cognoscit leo. 7 totus in adultere surgit pena. sed si in flumine abluatur tegitur culpa/ 7 non percipitur in pariendo. vnguibus filiorum laniatur uterus parentis. 7 ideo non sepe parit. Anst. autem vt dicit Plin. dixit leonā primo quinque catulos parere. deinde quatuor. 7 sic fit per annos singulos semper minus vno. 7 sic annuatim sterilecat. paritq̄ infortunes catulos 7 paruos magnitudine mustelorum in principio. Dicit etiā catulos sex mēsiū vix posse nasci/ 7 duorum mēsiū vix moueri. vti nā eijcat leo leuato aure/ more canis. 7 vna et cetera valde fetet q̄ semel satiat. duobus vel tribus diebus cibo caret. 7 si in satietate fugiat cibos ad fauces reijcat/ 7 cū vnguibus eos extrahit vt sic fit leuor ad fugiendū. diuissime viuit/ qd̄ cognoscatur p̄ dentū p̄sumptionē. 7 tūc id senectū hominē ipetit. qz ad perfequen-

das bestias vel beluas virtus iā deficit. 7 tūc obsidet ciuitates/ vt boies rapiat. sed q̄ capiunt suspēduntur/ vt metu similis pene ceteri terreantur in viros seuit. cōtra feminas tantū fremit. infātes raro inuadit nisi in magna fame animi leonū iudex ē cauda sicut equorum aures nā q̄ irati sunt ai p̄rio terrā cauda verberat. deinde crescite iracūdia tergū percutit 7 flagellat. ex omni vulnere illaro a leone/ siue imp̄so vngue. siue dente/ p̄fluit acer sanguis. vt dicit Plin. Item in periculis marie apparet generosus. vnde q̄ persequitur a cambus 7 venatoribus nō latitat/ nec se occultat/ sed sedet in cāpis ibi/ vbi videri potest. 7 ad defensionē se parat. vnde vbi virgultū siluāsq̄ penetrauerit/ acerrimo fertur cursu/ velut reputas turpitudinē absconsionem. nō enī se abscondit/ eo q̄ timeat/ sed solū ne timeat. aliquoties se occultat/ dū saltu aliquē insequit. insilit quo nō vnt̄ quando fugit/ q̄ vulneratur. mira obseruatione nouit primo se tangētē 7 in quātali ber multitudinē primū ipetit percussorē. 7 cū quis relū miserit 7 eū non tetigerit correctum rotā stemit. sed nequaquā ipsum vulnerat neq̄ ledit q̄ moritur humū mordet lacrimasq̄ fundit. quādo egroratur sanguine medet simie. cristam galli 7 cantum valde timet. aial ē gratum cognoscēs 7 diligens sibi benefacientē vt patet in exemplis que ibi ponit Plin. (huc usq̄ Plin. li. viij. c. xvij.) De leone autem dicit Arist. libro ij. similiter auicē. leo habet collū quasi esset immobile/ multum rigidum. 7 interiora habet ad modū canis. 7 semper mouet primo dextrum pedem/ 7 post sinistram sicut 7 camelus. 7 parum habet de medulla in ossibus. 7 eius ossa ita sunt dura/ vt ex eorum collisione exit ignis. Item li. xvi. leo habet multas fissuras in pedibus. 7 ideo generat filios cecos/ sicut canis vel lupus. nāz ferratos habet dentes. 7 ideo filios generet imperfectos sicut dicit idem 7 etiam solinus. qui dicit leonem timere/ quando videt vel audit catulum verberari. cuius filij nascuntur ceci/ sicut 7 omnium animalium habentium dentes diuisos. p̄pter ingluuiem nascuntur filij imperfecti. in altissimis montibus se occultat. 7 inde cōtemplatur predam suam quam cū viderit altē rugit. ad cuius voces terrentur animalia/ 7 subito figunt. gradum circa que cum cauda in orbem/ lineam ducit illius linee circulum transire quodlibet animal p̄mescat. 7 stant aialia stupida quasi edictum expectantia regis sui. transiens per loca asperiora/ vngues intra pedem contrahit 7 recondit. nam illis vnt̄ pro-

De animalibus

mucrone et ideo infra carnositate ipsos abscondit et eis parcat ne ledantur et obetantur predam suam quam arripit/solus pro medere erubescat. et ideo sepe ipsum a remotis sequentibus alijs bestijs de ipsa liberalitatis gratia derelinquit. ut dicitur idem. Tante est autem caliditatis quod febres semper quarantanas patitur. et hunc morbum naturaliter sustinet ut eius feritas edometur. eius autem caro cum excedat in calore ad esum est nociva. ut dicitur dyal. et plin. li. xviii. valet tamen in medicina multipliciter/cuius adeps venenis est contrarius quo quod cumque perunctis fuerit aliorum animalium vel reptilium morsus illo tempore non timebit. eius etiam adeps mixtus cum oleo rosaceo/cute faciei custodita vitijs. candoremque seruat/et sanat adusta oculorum. sedat tumores fel eius aqua addita/oculorum acuit claritate. valet etiam contra conuales morbus et caducos. cor eius in cibo superius soluit quartanam febrem (bucisque plin. li. xviii. c. viii.) Venat autem leo sic. duplex fit fouea/vna continue iuxta aliam. in secundaria fouea ponitur vna cauea siue cista/que de facili clauditur quando tangitur. ponitur autem agnus vel ovis in fouea prima in quam salit leo quando esurit pro ouicula rapienda cupidius. videns autem se non posse de fouea erumpere/erubescens se deceptum/foueam volens intrare secundariam ut ibi lateat. incidit in custulam siue caueam ibidem preparatam/que post eius introitum subito se claudit. et ipsius vitenus non permittit exire. sed in cauea extra foueam extrahitur/et in illa tenetur captus/et cathenatus donec edometur. et hoc agitur biero. super eze. xix. c. super locum istum miserunt eum in caueam etc.

Lena leonis dicitur femina/que bestia est multum libidinosa. sepe enim gestit in coitu. et ideo leone crudelior est et maxime quando habet fetum. nam pro filiis morti se exponit. et pro ipsorum defensione venatorum iacula non timebat. plures parit filios in primo partu quam in sequentibus. nam propter acumen unguium filiorum ledit matrem/et sic annuati sterilesunt/ut dicitur aristoteli. Et plin. qui dicit sic. ut ait Aristoteli. li. xij. animalia cum acutis unguibus frequenter parere non possunt. vitiantur enim matres intrinsecus/mouentibus se catulis. et ideo non potest lena expectare cum parto usque ad filiorum perfectam completionem. sed potius dimittit partum dolore cogente/et effundit antequam filij compleantur pro feruore libidinis prodis se commiscet sed post coitum leonem timet. nam turpe commixtura fecit leoper odorem/nisi prius post adulterium in flumine abluatur (ut dicitur plin.) et quam ipsa deprehendit

eam statim punit. et ideo ipsa statim fugit. et nisi fuerit prius abluata non reuertetur ad maritum. Est autem parua bestia/vel bestiola quam miro modo timent leo et leena que vocatur leo/et zophonos secundum Aristoteli. nam quoddam portat venenum quod leonem interficit et leenam. unde de capta bestiola eruntur. eiusque cinere asperse carnes et posite per compendia semitarum leones necant si aliquantulum gustauerint (ut dicitur Aristoteli. libro. ij.) Secundum autem auicennam. libro vij. c. i. dicitur. leo est animal cibi avidum et gulosum. et ideo sine masticatione deuorat cibum suum. et propter hoc euomit pro mestum/et iterato comedit reiecta et comedit multum/ita quod ex cibo fit poterosus. et post statim iunus per duos dies et duas noctes. et non eijcit stercus a se/nisi semel in duobus diebus aut tribus et est id siccum sine humido et est valde fetens/similiter et vrina sua. et quando sciditur venter eius/erit malus odor et anhelatum habet fetidum et infectiuum ac morsum mortiferum et venenosum. maxime quando est rabiosus. fit autem rabiosus sicut canis (ut dicitur aristoteli. et auicennam.) et est crudele quando irascitur et furibundum/pro indignatione verberans semetipsum. fremit pro ira/et frendit dentibus maxime quando esurit. et animalibus transeuntibus ut ea rapiat insidians/in specubus et antris abditis se abscondit/ac super transeuntes bestias ex improviso insilit et eas detinet et ungue crudeliter dilaniat et occidit. carnem ossa et pellem prominuit et confringit/ac confracta frustatim deuorat et strangulat. et si videtur quicquam venire contra se ut predam eruat quam rapuit. predam amplexatur et frendit et terram cauda percussit. et se appropinquauerit in ipsum insilit/quo deuicto iterum ad predam redit. sanguinem animalis occisi ab eo primo bibit et lambit. et deinde residuum discerpens membratim diuidit deuorat. et deglutit.

Lopardus est bestia seuissima de leone et parde adulterio generata (ut dicitur Aristoteli. libro. xij.) nam ut dicitur plin. leone cum parda/aut pardo cum leena concubente ex tali coitu degeneres paradi procreantur. sicut ex equo et asina/vel ex equo et asino gignitur mulus siue burdo. ut dicitur Aristoteli. Est autem animal valde preceps et sitit sanguinem/et est femina maior et crudelior quam sit masculus (ut dicitur aristoteli.) colores habet varium sicut pardus saliendo non currendo insequitur predam. et si in tertio saluam predam

non capit vel in quarto pre indignatione si /
 stit et quasi victus retro redit. In corpe et cau /
 da et pedibus leoni assimilatur / sed in capite
 formam pardi imitatur. leone autem corpore
 est minor / et leoni masculo mirabiliter est cro /
 sus. unde timens leonem facit foueam subter /
 raneam duplex orificium habentem. vnum p /
 quod intrat et aliud per quod exit. Est autem fo /
 uea illa in vtroque orificio valde ampla. et in me /
 dio magis stricta veniens itaque leopardus in /
 foueam se mergit / quem persequens leo foue /
 am cum impetu sibi intrat / vbi triumphare putat
 de leopardo. sed propter magnitudinem cor /
 poris per medium fouee vbi strictior est libe /
 re transire nequit. quem sciens leopardus ita
 in strictura impeditum / illam foueam egredi /
 tur / et iterum in parte opposita foueam intras
 leonem a tergo moribus et vnguibus aggre /
 ditur / et sic sepe arte non viribus de leone vi /
 ctoriam optinet leopardus. et sic degener be /
 stia de fortiori sepe per astutiam in antro vi /
 ctoriam optinet / quam per potentiam in pu /
 blico euadere non auderet. sicut narrat home /
 rus libro de pugnis et astutijs bestiarum. Ari /
 sto. autem li. viij. dicit de bestia que dicitur fer /
 tulo. quam auicen. dicit esse leopardum ani /
 mal inquit quod dicitur fertulo / quando cuius /
 comedit aliquod venenosum tunc quent ster /
 cus hominis et comedit ipsum. et ideo vena /
 tores illum simum in vase aliquo suspendunt su /
 per arborem. et cum venit leopardus ad arbo /
 rem saltat ut accipiat stercus / et interim interfi /
 ciunt eum venatores. Idem facit pantera et
 pardus (ut dicitur ibidem) De leopardo etiam
 pli. dicit. leopardus quando egrotat sangui /
 nem capre agrestis bibit. et sic inde languores
 euadit.

Lepus dicitur quasi leuis pes quia
 velociter currit. vii et grece lagos
 pro velocitate cursus dicitur. Item
 dicit Isi. li. xi. animal autem est velox timidus
 et imbellis (ut dicit idem) nullum habens armorum
 genus nisi membrorum leuitatem. debilis est vi /
 sus sicut et cetera animalia que non claudunt
 palpebras in dormitando. melioris autem est
 auditus quam visus potissime quando aures eius
 sunt erecte / cuius aures sunt longe valde et fle /
 xibiles. quod fuit necessarium propter oculorum
 aperturam. nam a vultu oculos defendit ap /
 tos. quia nullo cooperulo sunt muniti ab infe /
 statione cinifum et muscarum. nam contra oem no /
 cium dedit natura remedium creature (ut dicit
 auice.) et ideo data est ei membrorum leuitas et

cursus agilitas contra canes / et alias bestias
 ipsum insequentes. data est etiam aurium pro /
 centas contra muscas et cinifes ipso tempore eius
 oculos debiles infestantes / ut dicit idem. da /
 ta est sub pedibus multa pilorum villositas / ut
 pili pedis carnositatez currendo a lesione de /
 fendant et sui leuitatem pedes in cursu nulla /
 tenus impedirent. Et ideo dicit aristo. li. iij. quod
 pedes leporis sunt subtus pilosi quod in ali /
 is animalibus non inuenitur cura eius po /
 steriora sunt anterioribus longiora. quod fuit
 necessarium ad facile corpus eius eleuandum
 in cursu quando fugeret contra montes. unde
 difficilius capitur contra montes quam contra val /
 lem. et hoc accidit propter anteriorum curuam bre /
 uitatem. nam propter depressionem anterioris par /
 tis corporis contra vallem de facili cadit / nec
 potest equaliter continuare cursum suum et ideo
 ut in fugiendo videt casum cum descendit obli /
 que montis latera circumit. et put potest contra
 montis altitudinem cura anteriora erigit / et
 sepius canibus insequenibus sic illudens eua /
 dit. De leporibus autem (dicit pli. li. viij. c. lv)
 Leporum inquit plura sunt genera. nam in alpi /
 bus sunt quidam et siluis maioris quidem qua /
 titatis et grossioris pili et velocioris cursus quam
 ipsi qui cuniculi dicuntur. nam cuniculi lepo /
 res sunt parui et imbecilles / qui vnguibus ter /
 ram concouant. et foueas subterraneas / quas
 inhabitant sibi formant. et sunt fecunditatis
 nimie. et sunt tot in quibusdam siluis byspa /
 nie quam aliquando eorum pro multitudine de /
 vastant messem / et pruinice inducunt famem.
 quorum fetus in baleanis insulis ita sunt acce /
 pti et etiam ipsi fetus sine matribus vix purga /
 tis visceribus / in esum ab incolis patrie aliu /
 muntur (et sequitur ibidem) archelanus au /
 ctor est. quot sunt cauee ad excrementa lepo /
 ri totidem annorum sunt etatis. totidem enim
 sunt illius partis corporis foramina. quot an /
 norum cunicula habuisse perbibentur. et ideo
 dicuntur gignere sine mare et habere vtrumque
 sexum. et ideo multi putauerunt leporem gi /
 gni et gignere sine mare. ut dicit idem. Sunt
 autem lepores animalia ita fecunda quod vno fe /
 tu nascente statim nouo fetu altero vterus gra /
 uidatur. unde vale est animal quo ad esum et
 etiam ad vestitum et quo ad multiplicem me /
 dicinam. nam eius coagulum valet contra ve /
 nenum. restringit ventris fluxum. sanguis ei /
 mitigat dolorem oculorum (ut dicit pli.) et dy /
 as. nec inuenitur coagulum in aliquo anima /
 li habente in vtraque mandibula dentes nisi in
 lepore. ut dicit aristo. et quanto eius coagula

est vetustius tanto melius. vt dicit pli.

De lince.

Linca a linchis est dictus. quia in luporum genere et numero numeratur. est autem bestia similis lupi. dorsum habens maculis distinctum sicut pardus. vrina eius couertitur in gemmam preciosam. que ligurius appellatur. et hoc representat linx siue lincis. et hoc inuidens ac dolens quod transire debeat in humanum vsus. vrinam egestam abscondit sub humo. sed ibi citius in lapidem solidatur. vt dicit plinius libro viij. c. xxxix. et Isid. xij.

De limace.

Limax est vermis limi sic dictus. eo quod in limo nascatur vel ex limo et ideo semper sordidus et immundus habetur vt dicit Isidorus libro. xij. et est vermis valde tardi motus in dorso semper gerens concham duram infra quam se includit et est vermis cornutus. habens duo addita membra ante os cum quibus viam querit et quando aliquid aduersus senserit. statim cornua retrahit infra testam et velut infra domum sese resumit. in corrupto aere et imbri maxime nascuntur. tales vermes serpunt. quauis lento passu ad arborum summitates earum gramina depascentes. vbicunq; autem serpit post se immundicie vestigium derelinquit.

Lepus. vt dicit Isido. quasi leopos est dictus. eo quod ei quasi leoni virtus sit in pedibus. vnde quod pede pressent non viuit. rapax autem est bestia et auoris appetens qui rabie rapacitatis quecumq; inuenit trucidat. de quo dicunt rustici vocem hominem perdere si cum lupus proz vident. et ideo subito tacenti dicitur lupus est in fabula. certe si se preuisus senserit. deponit audaciam feritatis lupi. toto anno non amplius quam xij. dies coeunt. famem diu portant. et post longa ieiunia multum deuorant. lupos etiam ethiopia nutrit ceruice iubatos et iravarios vt nullum colorem eis deesse dicunt buc usq; Isido.) Pli. autem lib. viij. c. xxxij. Idem dicit quod lupi affricani sunt inertes et parui. qui vero gignuntur in frigidis regionibus corpore sunt minores et magis asperi et feroces. Aristot. li. ij. dicit quod in india est quidam lupus habens tres ordines dentium superius et inferius. et habet pedes leonis et faciem hominis.

et caudam scorpionis. et vox eius sicut vox hominis terribilis est sicut tuba. et est velox sicut ceruus. et est valde seuis comedens homines. Item aristot. libro. vi. lupi tempore coitus sunt seui. et quando habent catulos sunt magis mali. sicut et femine canum. Item libro. vij. lupi ferratos habent dentes et comedunt carnes. et non comedunt herbas nisi quando infirmantur. quia tunc comedunt aliquam propter medicinam. nam quando lupus sentit se repletum querit quandam herbam et comedit eam vt euomat quod comedit. Idem libro viij. quando fugiunt ferunt filios suos secum. et cum exeunt de cauernis suis comedunt origanum et masticanant vt acuant dentes suos. Item idem de eodem. lupus quando comedit est valde malus. et quando non habet famem quiescit multum. et est valde audax et valde diligit ludere et si potest rapere puerum ludit cum eo et post occidit eum et comedit. Et sicut dicit homerus lupus est valde vigil et multum timet ignem. et dicitur quod si lapidetur considerabit primum iactantem lapidem. et si ille lapis nocuerit ei si poterit ipsum interficiet. si vero non noceat ei si deprehenderit ipsum non multum ledet eum sed parum quasi irascendo. deinde eum dimittit. Et lupi quanto sunt seniores. tanto sunt detiores et nocent hominibus. quia non possunt venari bestias propter etatem. et quia eorum culmi iam sunt debilitati et viuunt longo tempore. et eorum senectus deprehenditur in dentibus. quia confringuntur in senectute. Item ibidem. sunt autem lupi duplicis modi. quidam enim sunt quasi rotundi pili. et quidam quasi longi. et illi sunt asperiores et audaciores animi. et luporum interiora sunt valde debilia. et de facili recipiunt corruptionem quando vulnerantur. residuum vero corporis eorum patitur nullas percussiones. et habent magnam fortitudinem in collo et in capite. et vulnera que accidunt ex morfu eorum sunt valde mala. quoniam erit ex eis virus et curantur ista vulnera sicut morfus canis rabiosi. vt dicit idem aristot. Item idem libro. xij. os lupi est maxime aperture et maximus vigorem habet in orificio suo. et est animal valde vorax. Item de lupo dicit auicenna. libro. vij. sunt quidam lupi qui naturaliter habent appetitum comedendi pisces et comedunt vilia que de suis retibus eiciunt piscatores. et quando non inueniunt quid comedant de piscatorum reliquiis vadunt ad retia et dilaniant ea. De lupis autem dicit philisologus. quod luporum in pectore et in vnguibus viget acies. in posterioribus vero minime

collum reflectere non valet in vlllo mense nisi in maio quando fiunt tonitrua. cuius astutia est vt non capiat predaz infra loca vbi nutrit fetus suos/ 7 tunc tempis venatur a remoris quando autem noctu prede gratia pergit ad ouile ne canes eius sentiant odorez vadit cōtra vētū. 7 si aliquo cāu pes eius calcādo sup aliquid strepitū fecerit/ ipsū pedē castigat duro morſu oculi ei? lucēt de nocte sicut lucerne. Et vt dicit solinus. multum amoris excitati uum in cauda portat/qđ dentibus euellit qñ rmet capi. lapides multū timet. vnde si quis duos lapides pariter colliserit lupus audaciam perdit. fugit si strepitus lapiduz puenerit ad aures suas. filios generat cecos quos tenemine diligit atq; nutrit. temā comedit quādo multū esurit 7 aliquā predā nō iuenit. Et capras volētes folia carpere in rubentis facilius rapiat/sub herbis 7 folijs latitans se abscondit plus astutia q̄ potentia oues decipit sed quādo preualet si permittitur/ totā gregē strangulat 7 occidit. partē prede quā deuorare nō pōt/ in terra sepelit 7 abscondit. 7 quando esurit/partē sepultā extrahit 7 effodit. 7 lanā ouis quā occidit inficit. nā morſus eius ex lana tali vestem factam pediculofam reddit. (vt dicit Isi.) Item idē dicit ansto. tota specie natura lupoz nature ouiu aduersatur. vnde legi in libro qđ cordula facta de intestinis lupi adiuncta cordis citbare/factis δ intestinis ouis eas destruit 7 corrūpit sicut pluma aquile adiuncta plumis colūbe eas excoziat 7 corrodit si diu pariter in loco aliquo dimittātur. vt dicit idem. vide supra de aquila.

Mulus a molēdo ē dicitur/ eo qđ iugo pistoz subactus / ducat i giro molas (vt dicit Isido. li. xij.) Asserūt autē iudei qđ ānaa nepos esau greges eq̄rū ab asinis primo fecerit ascendi vt inde contra naturā muloz pgenies nasceretur (vt dicit idē) 7 ideo mulus sequens matris naturaz asino est maior pulchrior 7 velocior. sed equo ē pignior/ deformior atq; minor. vñ nascit ex equa 7 asino mulus/ ex equo vero 7 asina burdo pcreatur. Et ē mulus aīal sterile 7 tamē eximū ad labores vt dicit pli. li. viij. c. xliij. Nuq̄ autē hec animalia. s. asin? 7 equa mutuo appetunt coniugia/ nisi etiā in infantia lacte mutuo nutriāf. 7 iō pastores pulos equoz subijciūt asinabus/ 7 asinoz pulos subijciūt equabus qñ volūt tales creaturas ex dispanbus pcreari. vt dicit idē. Item idē. mule ibidē calitatus potu vini inbibetur. Ex onagris autē 7 eq̄bus nascūtur veloces mule pedes būtes du-

ros 7 aptos ad cuiſū. sunt autē rugosi corpore 7 indomito aīo sed generoso. qui autē sunt geniti ex onagro 7 asina oēs preexcellūt. De mullo autē. d. aristo. li. vij. quāto mulus plus potat de aqua/ tanto plus pficit ei abus. Item li. xij. mulus nō habet fel manifeste sup epar Item idē dicit li. xvi. mulus qui nascitur ex asino 7 equa nō puenit generationi/ qm̄ natura vniuscq; .s. asini 7 eque ē frigida. vnde frigiditas generantis dominaf in generato. 7 iō mulus est sterilis nec eius spermate aliquid generatur/ ppter excessum frigiditatis i ipso dominantis. Item ibidē. accidit qđ corpora mulaz sunt magna/ qm̄ superfluitas menstruosa transit in creationem/ 7 abū corporis. Sanquis autem quo natura non indiget/ exit cuz superfluitate vesice idest cum vrina. 7 propter hoc non olfaciunt muli vrinās mularuz sicut alie bestie habentes soleas. residuum vero superfluitatis transit in incrementum corporis 7 in eius magnitudinez. non impregnatur ergo mula nisi forte valde raro. mulus autē quoniam ratione sexus calidior est in aliquib? teporibus 7 regionibus forsan generat. sed generatum erit extraneum 7 occasionatum. sicut quod generatur ex equo 7 asino 7 est dignuz omne tale esse sterile/ quoniam generatur cōtra naturam. buciſq; ansto. libro. xvi. f. scđm ysa. autem in dicta. carnes muli sunt peiores qđ carnes asini ad nutriendum 7 digerendum cuius finus tritus 7 combustus restringit sanguinem. vt dicit dyas. si cum aceto fuerit temperatus vt dicit dyas. valet etiam idem sim? contra ictus scorpionum.

Mus scđm Isido. est pusillū animal ab humo dicitur/ eo qđ ab humore terre nascatur. nam humus terra dicitur/ vnde 7 humus. huiusmodi i plenuino iecur cresci/ sicut quedam marina tūc augentur. que rursus decreſcente luna diminuntur. dicuntur autem mures forices eo qđ in modum ferre rodant/ 7 prescāndant (buciſq; Isidorus libro. xij.) mus autem scđm ansto. libro vij. non potat/ 7 si potauerit morietur. animal quidem est gulosus 7 ideo cū modica esca decipitur/ quando odore eius gustu puocatur. eius vrina fetida est 7 contagiosa/ 7 morſus venenosus. cauda etiam eius dicit venenosa. De muribus etiam dicit plinius libro viij. c. xxvij. Sunt quidam mures potentes qui congregant pabuluz in foucis suis 7 ēt i byeme abscondūt 7 latitāt i cauemif. quoz palatum in gustu sagacissimū est. similiter nares habēt sagacissimos in olfactu. in autūno

De animalibus

Masculus et femina spicas congregant/ et multo se onerant super ventrem. per caudam masculus feminam sic onustam ad speluncam trahit. quae exonerata/ et fasciculo in caeuca collocato iterum redeunt ad laborem/ et congregato fasciculo masculus super dorsum se ponit/ quem femina vicuversa onerat et caudam eius ore comprehendens masculum trahit ad caeuca. et sic onera deferunt vicibus alteratis. Item ut dicit idem. multae diuersae sunt species. nam quidam murium viuunt in domibus/ quidam in cauestribus. quidam in aquarum et fluminum extremitatibus commorantur. quidam annu dormiunt. et per dimidium annum dormiunt. et per dimidium vigilant ut glires/ qui sunt secundum pliniam. quidam mures. Et quauis mures sint bestiae valde nocibiles in pluribus tamen viles sunt in medicina. nam ut dicit plinius. li. xix. murium cinis cum melle vel oleo/ auribus instillatus eorum sedet dolorem. et si quod animal aures subintraverit/ praecipuum remedium est fel murium cum aceto tepido temperatum auribus instillare. simus eius secundum dyasconem cum aceto tritus mundat allopicias/ et custodit caputa casu capillorum. tritus etiam et cum vino in potu sumptis ventre miro modo soluit. pellis eius reces calcaneo subducto/ eius vulnera ad sanitatem perducit.

Mustela quasi mus longus est dicta (ut dicit Isidorus. li. xij.) nam telon grece longum dicitur latine. hec ingenio est subdosa. in domibus enim nutrit catulos/ et eos fert de loco ad locum. sedem mutat ne eius nidus ab aliquo deprehendatur persequitur serpentes et fugat. mures odit et eos manducat. Et sunt duo genera mustelarum. aliud enim est siluestre distans ab alijs magnitudine/ quam greci locudas vocant. alterum in domibus errans. falsam autem est illam opinionem qui dicunt eam ore comprehendere et aure partem effundere (hucusque dicit Isidorus. li. xij.) Passeribus et alijs paruis auibus insidiat/ et eorum oua transglutit. filios suos casu aliquo in latibulo lesos vel mortuos quadam herba sanat. imo ut dicit suscitatur. ut dicit plinius. nam comedit/ et eius succo se perlinquit. et tunc basilicum inuadit intrepida et occidit. ut dicit plinius. li. viij. c. xij. f. ubi dicitur mustelarum virtus basilicis eritio est nihil enim deo nature placuit esse sine pari. cauemus basilicis facile cognoscat. quam subintrat ipsum interemit. Est autem animal multum dormiens et personam impinguat/ sicut glires. ut dicit idem. Item idem li. xix. c. i. mustelarum inquit duo sunt genera. scilicet domestica et siluestris. et vtriusque fel valet contra aspidem. nam eorum pudenda multum ferunt et serpentes fetidum praerant. et eorum etiam carnes dicimus valere contra venenum. mustela cobu-

sta et cinere redacta adhibetur salubriter medicinae quae est conueniens contra litargicam passionem. unde si ex veneno aspidis aliquis incurrit litargicam/ cinis mustele inundans aquae distemperatus vinum soniferam dissoluit. ut dicit idem. Dicitur etiam eiusdem puluis valere contra fistulam nihil enim illa rebus omnium mirum. si natura sine ingentibus causis genuit. ut dicit ibidem. Dicit et aristoteles. li. viij. quod mustela pugnat contra serpentes quod vterque mures comedit/ et est animal velocis motus et flexibilis corporis ac valde mobilis et instabilis/ odore sagax. dorsum habet rubeum et ventrem album. mutat autem colorem. nam in aliquibus regionibus aliquo tempore anni/ tota pellis eius est candida praeter caudam morsus eius maliciosus et virulentus/ et eius vrina est fetida ad modum vrinae muris.

Tragelaphus est dicitur hircoceruus. a dragos quod est hircus / et elephos quod est ceruus. Et dicit Isid. libro xij. tragelaphi a grecis sunt notati. quidam sunt eadem specie. vt cerui. villosos habent annos vt hirci et mentum premisissimum barbis. De his autem dicit auicenna. libro. ij. quedam agrestia animalia habent cornua tortuosa vt hircoceruus qui tragelaphus dicitur. et pedes eius habent soleas. et corpus eius crescit ad quantitatem cerui. et sunt fortes valde et facies eorum declinant. et cornua eorum sunt sicut hirculi.

Talpa est quedam bestiola ad similitudinem muris. de qua dicit Isid. do. li. xij. quod sit damnata cecitate perpetua in tenebris. Est enim absque oculis. rostrum habet ad modum porci cum quo terras fodit et humum egerit et radices sub terra comedit et corrodit. sole odit et fugit. nec diu potest viuere super terram. nigram habet pellem villosam et mollem. cura breuissima et pedes largos et per digitos distinctos ad modum manus Aristo. autem dicit de talpa sic mone animal generans simile habet oculos preter talpam que non habet oculos apparentes / sed si quis in adent eorum subtiliter inuinet interius vestigia latentium oculorum. et putauerunt aliqui quod illud coriu rumpitur pre angustia quando incipit mori. et tunc incipit aperire oculos in moriendo / que eos clausos

De animalibus

habuit in viuendo. Dicit ad hoc pli. libro .x. c. xlix. liquidius audiunt talpe obrute terra de fo atq; surdo nature elemento. et si hominem audierit loquentem fugit a remotis.

Melus est melus animal scilicet ad quantitatez vulpis cuius pellis valde est hyspida et villosa. et dicitur melota. vt dicit glo. super illud verbum circuerunt in melotis et c. hebre. xij. De hac bestia. s. de taxo siue de melota. dicit pli. lib. viij. c. xxxix. est et melis quedam solertia. quando enim eos canes insequuntur/ anbelitum et flatum retinet retinendo cutem extendunt/ et sic morsus canum et ictus hominum arcant. futuram preuidet tepestatem. et ideo sibi faciunt cauernas subterraneas diuersos exitus continentes. vnde quando flat ventus a quilonaris obturant caudam villositate introitum aquilonarem et apertam tunc dimittunt australem et conuerso. In eisdez autem latibulis sibi prouident in pastu contra hyemem/ et si quibus eis defecerit abusus/ eis pro abarijs erit somnus (vt dicit idem) Sunt enim de generibus animalium que in hyeme se abscondunt et pro magna parte de somno viuunt. vt supra de mure dictum est. quere supra de mure. Est quedam species taxi (vt dicit philosophus) qui abscondit cibos contra hyemem/ et vna cum femina colligit et roponit. et veniente algore hyemis timens masculus ne cibi collecti nimis cito deficiant feminam ab esu reprimunt/ et ipsam ad saturitatem comedere non permittunt/ que pacez simulans et quasi taxo masculo cedens/ cauernam late ter exit. et per partem oppositam latibulum intrans ignorante masculo fauces aperit/ et diu aggregatos cibos deuorat et consumit. Hec bestia vt dicit idem. vulpem odit et cum eo dimicare consuevit. sed videns vulpes quod propter duriciam et eius villosam pellem ledere non poterit se victum simulans fugam petit. et dum tatus predam querit vulpes eius latibulum subintrans vrina et alijs immundicijs taxi cubiculum inficere consuevit. cuius fetorem abhorrens melus defedatum domicilium derelinquit. et aliam mansiuunculam necessario sibi querit.

Tigris est bestia ad fugam velocissima ad modum sagitte. sicut enim per si sagittas vocant. vt dicit Isidorus libro xij. est enim bestia varijs distincta maculis virtute et velocitate mirabilis ex cuius nomine fluvius tigris appellatur/ eo quod rapidissimus sit omnium fluviorum. tigrides enim magna hircania gigni (bucisq; Isi

do. dicitur autem hic tigris huius tigridis pro bestia. s. pro fluvio quo hic tigris hircania. que supra de fluminibus. De tigride autem dicit pli. tigrides hircani vndiq; ferunt/ que sunt animalia tremende velocitatis/ et maxime cognoscitur dum capitur. totus enim fetus qui semper viscosus est ab insidiante venatore rapitur. et in equo velocissimo subito deducitur/ ac vbi fera spoliatis catulis vacuum cubile reperit/ fertur preceps odore ferentis catulos inuestigans. venator autem audiens fremitum insequens abijcit vnum catulum/ quem illa tollit/ et ad suum latibulum morsu ducit/ quo reposito in cubili/ concito cursu iterum redit. interim raptor cum residuis nauem scandit/ et illa irritata et frustrata feritate pro nullo ultra sequitur (vt dicit plinius libro viij. c. xix.) masculus autem de fetu penitus non curat. vndicit idem qui autem omnes catulos deferre cupit specula magna in itinere derelinquit. que mater insequens in via inuenit in eis se inueniens de sua imagine filios esse credit. circa autem suam vmbra detenta/ et circa filiorum extractionem de vitro occupata dat raptori spaciuz fugiendi/ et sic per vmbra decipitur/ ne raptorem pro catulorum liberatione vltenus prosequatur.

Tinea vt dicit Isidorus est vestimentorum vermis dicta/ eo quod tenet et eo usque vestibus insideat quousque corrodit. et ex vestium corruptione gignitur/ quando. s. vestis aliquandio in aere grosso comprimitur. nec vento perfunditur. et in puro aere libere nullatenus explicatur. Insensibiliter autem panni superficiem consumit. et cum sit sensibile animal infra panni substantiam se occultat. quod vix vnquam videri oculis se permittit. amara et odorifera tinea fugiunt. ad vestes resperfas talibus de facili non accedunt. et ideo folia lauri/ cipressi/ et cedri/ et huiusmodi posita in cistulis vestes ibi repositas et libros corrumpi a tineis non permittunt. vt dicit constan. Est autem quedam scabies capitis que propter suam tenacitatem et adherentiam tinea est dicta. De qua quere supra lib. v. vbi agitur de capitis infirmitate.

Tredones vocant greci lignorum vermes/ eo quod terendo edant. vt dicit Isi. li. xij. ex humore autem corrupto in arboribus derelicto/ sub corticibus arborum et in medullis generantur. maxime autem in arboribus generantur/ quando spontaneo tempore arbores resecantur/ vel platanis

ut dicitur. et hoc est in plenilunio potissime quando humiditas que lunari virtute cum corporibus tunc abundat non digeritur propter eius superfluitatem non regitur a natura. et ideo necesse est ut talis superfluitas corrumpatur ac in vermes et in putredinem convertatur. que re supra dicitur effectum lune li. vi. teredo itaque ligni vermiculus est in substantia mollissimus. et tamen corrodit et comminuit durissima ligna et subtiliorem pulverem quam posset lima vna facere. quere infra de vermiculo.

Testudo est animal sic dictum. eo quod tegmine teste sit operum. in camere modum. ut dicitur Isidoro. li. xij. et sunt quatuor genera. scilicet terrestres. maritima. lutaria. scilicet paludibus viventes et fluviatiles et tedium aliquid et etiam est incredibile tardius ire navigium testudinis pedem dextrum deferens. ut dicitur Isidoro. li. xij. De testudine autem quere supra in littera. l. de lima.

Tortuca inter testudines computatur. eo quod inter testas durissimas clauditur. inter quas se recolligit quando ab aliquo molestatur. Est autem eius duplex species. scilicet fluviatilis et terrestris. fluviatilis autem tortuca mortifera est et venenosa. terrestris vero que habitat in domibus vel in silvis munda est et comestibilis. Est tamen horribilis in aspectu et deformis. ponit autem ova ut gallina sed pollidiora et minoria. Est autem animal quadrupes habens pedes paruos sicut rana et caput paruum sicut serpens et testas duras diversis maculis deformatas carnes vero eius que habitat in nemoribus sunt medicinales et sunt virtutis resumptive. unde valent et herbis piscis et consumptis. De tortuca autem marina dicitur aristoteles. li. viij. tortuca inquit marina comedit omnia et eius officium est fortius omni ore cuiuslibet animalis. quam si acceperit lapidem in suo ore frangit eum. et exiit ad ripas et pascitur herbis et cum revertitur intra aquam ascendit et natat. ita quod desiccatur dorsum superficies a sole. quam illi non leve est quod in aqua profunderet. Item libro. xij. animal habens squamam plumas aut corticem non habet vesicam propter paucitatem potus quia superfluitas potus transit in plumas et alia. propter tortucas quam pulmo tortuce maxime est carnosus. sanguineus si milis pulmone vacce et pulmo tortuce silvestris est maior quam debet esse. quam corpus eius continetur in testa spissa. et propter hoc non dissolvitur nisi in carne tantum. et propter hoc fuit in tortuca vesica. ut reciperet superfluitatem sicut vas et valde parva est. vesica enim est in omni

bus animalibus habentibus pulmonem sanguinem et ideo sola tortuca inter animalia habentia duos cortices habet vesicam et renes

Vacca tauri est femina dicta quasi boacca (ut dicitur Isidoro. li. xij.) Est autem animal lascivum et luxuriosum. quod ut dicitur aristoteles. li. vi. vacce post annum moventur ad coitum et forte post octo menses et tempus impregnationis vacce est per novem menses. et parturient in decimo. et vacce coitus assimilatur manibus et efficiuntur silvestres ita quod non possunt eas domare pastores. et desiderium vaccarum manifestatur per tumorem unguis et suos mugitus continuos quam vacce mugit contra coitum et saliant super tauros et sequitur ipsos et cum eis stant. Item in eodem dicitur in fine. dicunt homines quod tempus impregnationis earum est. x. mensium. et si ante hoc tempus pariatur fetus non vivet. nec sue unguis conplebuntur. et in maiori parte parient unum et forte duos. et femine vivunt in maiori parte. xv. annis. et mares similiter. sed quam castrant efficiuntur fortiores et vivunt. xx. annis. et parturient habet lac bonum. ante autem nihil habet et si habuerit nihil aut parum valet. et cum primo coagulatur lac vacce efficitur sicut lapis. hoc autem ei accidit cum miscetur aque. vacca unius anni raro se miscet tauro nisi post annum. et quam vacce multotiens impregnantur et faciunt plures filios signum est (secundum quod putant homines) quod in hyeme multa pluvia erit. Item in grege vivunt et si a grege recesserint sepe pereunt. quam a bestiis comeduntur. Item omnium animalium sunt voces fortiores et grossiores in masculis exceptis vaccis que vocem habent in masculis grossiorem. Item ut dicitur idem. vacca cornua habet fortia et grossiora et magis nodosa quam masculus. non tamen ita magna. sed si calefiant possunt flecti in omnem partem. et quando infirmantur in pedibus est eis medicina si inter cornua oleo et pice et alijs medicaminibus unguantur. Item dicitur idem quod vacce diligunt bibere aquam daram. turbida vit aut nunquam bibunt. et eis accidit podagra et ex hac infirmitate moriuntur. et signum est quando submitunt aures suas et non comedunt (ut dicitur idem) vacca impinguata iugum abijcit cui est consueta minus pasta optime est subiecta. in fimo proprio iacens impinguetur. et quanto plus a labore ei paratur. tanto torpet amplius et pigrescit. puncta testo idest musca bouina. caudam erigit et miro modo insanit per campos circuit et discunt.

De animalibus

Vacca aliquando est agrestis. de qua dicit auice. et etiam aristoteles. Est iquit vacca in terra partorum habens crines in collo sicut equi. et est corpus eius ad quatuor cerui. unde a multis equiceruus vocatur. Vacca caret cornibus et abitat in montibus et est siluestris et habet pulchros oculos et sunt acuti visus / et quandoque habent cornua vacce huiusmodi. sed sunt parua ad modum binnulorum et sunt curuata versus tergum / sicut cornua capri et in corde eius inueniuntur os sicut in corde cerui et cameli. et illud os quando calefacit / et sanguis trillando mouet cordis nervos. et est causa excitacionis animal ad modum leticie et exultacionis. unde ex tali trillacione quasi subito se erigit caput mouet salit velocius et discurret. Item dicit aristoteles. lib. viij. animalia inquit que non possunt habere iuuameta a cornibus habent iuuameta alia a natura. sicut dedit velocitatem ceruis et agrestibus vaccis que cornua habent incuruata. et non possunt propter magnitudinem defendere totum corpus. et propter hoc dedit natura agresti vacce aliquid iuuamentum. scilicet eiectionem stercoreis quo erunt canes qui ex vicino sibi nimium appropinquant. alij etiam canes qui stercorea talium vaccarum inueniunt circa ipsorum odorem se occupant / quo usque imbelles bestie fugiant periculum et euadunt De hoc quere supra in littera. b. de boue et de bubalo qui est bos agrestis.

Vitulus a virore etatis est dicitur ut dicitur Aristoteles. lib. xij. nam statim quando nascitur a virtute propria ad querendam matris vbera erigitur et lauatur. mens vberibus statim reficitur et lactatur. mens lingua ab omni immundicia tracta ex utero abstergitur et purgatur nascitur ei sicut et equo in fronte pustula quedam nigra quam magi fore amoris asserunt incertum habet pustulam mens statim aperit et detruat. nec eum admittit ad vbera nisi predictum virus auferat et prescindat. Item dicit aristoteles. de equa et de eius pullo. similiter auice. quere supra in littera. e. de equa. Vitulus mens diliget et eius mugitum sequitur et cognoscit. vbera que suggit fronte excunt / et sic vberiorum lactis effusione a matre que lacte satiat salit hilaris et discunt. saliendo autem mens vestigijs non discedit. Simile dicit aristoteles. lib. viij. quod vituli castrantur post unum annum et si non castrantur illo tempore erunt parui. et est castratio vitulorum secundum hunc modum. prosternuntur vituli in terra. et scinditur corium et exprimuntur / alias expelluntur testiculi. et eriguntur eorum radices ad superius / et eorum nervi. et ligantur scissura quousque exeat sanguis extra. et si accidit apostema crema bunt testiculum abscisum / et ponunt anere super apo-

stema / et sic loca sana. Est autem in mari quedam bestia habens similitudinem vituli / propter quod vitulus marinus nuncupatur. hec parit in terra more pecudum. canum more coit / nunquam parit plus quam duos. educit matris fetum non ante sextum diem alias non ante. xi. diem. ducit fetus ad mare / sed deinceps assuefacit eos ad natandum. difficulter iter faciuntur capite illeso. mugiunt sicut vituli propter quod vituli nuncupantur. voce et vultu populum salutant cum maria disciplina. nullum animal grauiori somno premitur. pennis quibus in mari vultu huiusmodi vice pedum serpunt. pelles habent hirsutas et crinitas sicut vituli / que detracta sensum equorum retinent. semperque maris estu recedente in boream scit. dextere eius pinnule vi soniferam dicitur esse / somnosque puocat si supponatur capiti (buc usque pli. li. viij. c. xij).

Vrsus est vocatus / eo quod suo format fetum quasi orsus. ut dicitur Aristoteles. lib. xij. nam aiunt eos informes generare propter / et quedam carnem nasci quam mens labent do membra componit unde est illud. Sic format lingua fetum queque protulit vasa etc. sed hoc immaturitas partus facit. denique. xxx. die generat unde euenit quod procapitata fecunditas informes procreet. Ursorum caput est inualidum. vis mania in brachijs et in lumbis. vni interdum erecti insistent. ut dicitur Aristoteles. lib. xij. in. c. de bestijs. vel dicitur visus aburgendo / quod fortiter urget ac strigit quem apprehendit. De vrsis dicitur pli. li. viij. c. xxxvij. vrsorum inquit coitus in initio hyemis. nec vulgari quadrupedum more coeunt / sed abobus cubantibus et propter recedunt deinde abinuicem et intrant specus separati in quo parunt. xxx. die et non plures quam. v. sunt fetus candidi / et informes caro parum maior quam sunt mures sine oculis et sine pilo. vngues tamen prominent. hunc labendo paulatim figurant / nec vident boies quousque ranam quam vrsos coeunt vel parientes. id est mares quadragenis diebus latent. femine quaternis mensibus latibula sua edificat cum ramis et frondibus. et sunt penetrabilia imbribus / quod molli frode precepta primo. bi diebus bis septenis tam graui somno opprimuntur ut nec vulneribus valeant excitari. tunc pinguescunt miro modo et sunt eius adipos apti pro fluxu capillorum. post hos dies resident ac propter fructum viuunt. fetus frigentes opprimendo adpectus fouent / et cubant super eos sicut volucres. Item dicitur aurez est dictum quod credit theophrastus. scilicet vrsorum carnes tunc temporis coactas crescere si seruentur. nec inueniuntur aliquod tunc cibi in alueo vestigium / nisi modicum de humore. circa cor autem habet tunc sanguinis puas guttas / et nihil omnino in reliquo corpore inueniri potest. in

vere procedunt / et tunc masculi sunt pingues. cuius rei causa est occulta / praecipue autem tunc temporis nec abo nec sono sunt saginati praeterquam diebus septem / nis. Exercentes autem speciem quadam herbam querunt quam comedunt / ut latent ventre quem tunc habent contractum. oculi eorum tunc bebetant. et ideo tunc maxime expetunt fauos apium / ut os vulneratum puncturis apium sanguinolento releuet grauedinem et dolore. caput huius debile quod est fortissimum in leone. et ideo si virgine vi quibus d' nipe se precipitet. collapsi sunt per arenam de facili moriuntur. cerebrum ut dicunt habent venenosum. et ideo eorum capita quando occiduntur in spectaculis obdurantur / ne gustantes aliqui de cerebro in visum rabiem suerantur. pugnant contra tauros / et auersi rapiunt ore ipsos pedibusque omnibus comibus eorum suspensi potere deiciunt. et tunc moriendo eos dilaniant et occidunt. nec altum animalum est tanta solertia ad maleficia / sicut visis (buculisque pli. li. viij. c. xxxvij) De vriso autem dicit anis. li. vi. vrisus inquit comedit omnia indifferenter. comedit. n. fructus quando ascendit arbores. et fragit aluearia et comedit mel et infestant apes oculos eius / et pungunt linguam eius / et quandoque fugiunt ipsum. et comedit canes et formicas pro medicina / nam. et comedit carnes pro eius magna fortitudine. et pugnat cum cervis et porcis aggressibus et cum canibus et cum tauris / et prosternit eos. et vadit erectus contra eos et tenet manibus cornua eorum et sepe vincit eos. Est autem animal impatiens / iracundum volens se vindicare de omnibus qui tangunt eum. et ideo si aliquem peruenit se inuasit si alium eum rengerit / dimittit primum et statim inuadit secundum / et si tertius statim eum lesent dimittit primum et secundum / et mox tertium insurgit. et quando capit peluis ardentis aspectu excruciat. carenis colligat. ludere compellit. et pro vera domestica. animal est instabile et multum inquietum. vnde tota die arcuit spiritum ad quem viculis alligat. pedes suos suggit et labit / et in eorum succo delectatur. Adiro modo scit scendere super arbores usque ad altissimas ipsarum arborum summitates. Solent autem mellificare apes in arboribus per canis / quibus fauos deprehendens vrisus per odorem ascendit usque ad locum mellis et faciens unguibus in arbore apturam / extrahit mel et comedit. et ex consuetudine frequenter quando esunt ad locum redit. quod attendens venator circa arbores pedem sudens et palos acutissimos undique circumfigit. an apturam vero malleum valde poterosum cui recte suspensum dicit. veniens itaque vrisus esuriens / et mel extrahere cupiens per malleum impedit / sed pede malleum a se perijcit. sed rediens malleus ipse ad aures tangit / super quo indignatus fortius a se malleum eijcit qui impetuosiore rediens acrius ipse ferit et tunc diu per malleum siue malleum perdit sic quousque ex frequenti ictu

caput quod huius debile deficit. et cadens inferens super palos propterea stulticia se occidit. Istum modum venandi vrisos narrat theophrastus. et istum quidem modum a venatoribus vrisorum in germanias paribus intellexi.

Vrisa autem bestia est seussima / et maxime quando caruli sui rapiunt nam illi cura est de salute filiorum. ideo eos diligentius labit lactat / et nutrit. et circa eis nocentes sepe per visibus se oppoat. impropugnata a masculo se dividit. et usque ad filiorum informationem ulterius non accedit (ut idem dicit) in tempore luxurie se abscondit et videri amoris tempore embescat. Ad masculi autem eis tunc temporis perit et voluptatis gratia eis infra pro tempore non accedunt (ut dicit anis. et pli. et auice) Item pli. li. x. c. lxxij. vrisi inquit non labunt potum ut bestie habentes serratos dentes nec sorbeunt ut bestiae res continuos sicut oues et homines. sed aquam

Vulpes est dicitur quae volupes. est enim volubilis pedibus et nunquam rectis interibus sed tortuosis a fractibus incedit. fraudulenter animal insidijs decipiens. Nam dum non habuerit escam mortuum se fingit. sicut aves descendentes quasi ad cadaver rapit et deuorat et transfugit (ut dicit Isid.) vulpes sepe claudicat. nam crura eius dextra breuiora sunt quam sinistra. pelle huius multum villosa / calida et pilosa. caudam magnam quam dum canis rapere putat dentes et os pilis replet et obturat. Contra taxum pro masioibus pugnat / et ipsius foueam vna et stercore polluit et defecat et sic de ipso non violentia sed dolo et fraudulencia triumphat. foueas et loca subterranea ibitat et frequenter animalia domestica plus quam siluestria rapit et deuorat. Et ut dicit anis. li. viij. ceruus est amicus vulpis / et propter hoc pugnat contra melum. id est contra taxum et ipsum inuadit. naturale est odium inter vulpeculam et melum siue taxum quem sepe superat vulpes dolo potius quam virtute. Est autem animal vorax et gulosum. et ideo generat filios cecos sicut leo et lupus. et d. anis. li. vi. nam ut dicit solis. in omnibus facientibus filios incompletos causa est gulositas / quia si expectaret natura usque ad complementum suggendo interficeret matrem. et ideo natura facit fetus nasci ante completionem ne nimis expectando planam formationem aueritate nimia nutrimenti interimeret matrem suam. ut d. idem animal siquidem est fetidum et corruptum / et loca reddit sterilia et corrupta vbi morari continue consuevit. ventre et guttur album et delicatum / et caudam et tergum huius rufum. anbelitum huius fetidum / et morsum aliquantulum venenosum (ut d. pli.) quando eum insequuntur canes iter crura recolligit caudam. et quando videt se non posse euadere in caudam villosam vrinam

De animalibus

recolligit/ quā sup canes ipm insequēs p̄iicit
7 diffūdit. eius fetore abhorrens canū multi-
tudo aliquātulū ei cedūt. domesticū 7 domi-
tū in necessitate se fingit. s3 noctu vel opozu
nitrate alia siluas perit. 7 quāuis multū sit in
se versutus 7 maliciosus/ in multis tñ ē vtilis
sm exercitiū medicie. vt. d. idē li. xxviii. c. viij.
adeps. n. eius 7 medulle multū dicunt valere
cōtra neruoz cōtractionē sāguinis ē diureti-
cus dī eē. vñ multū valere credit ad lapidē in-
ve'ica 7 renū fractionē. alias pōit ibi plī. d̄vir-
tute vulpiū magnoz opiniōes/ de q̄bus n̄ cu-
ro facere mētionē. dicit tñ q̄ si quis liguā vul-
pis habuerit i anulo vel i armilla talis n̄ pati-
et (vt dī fm magos) caliginē oculozum.

Vermis ē aial qd̄ de canib? sepe 7
herbis nascit. sepe aut̄ de olenb?
p̄creat. aliquñ ex sola hū oz corru
ptōe. aliquñ ex seruū 7 mixtiōe. vt p3 i tortu-
7 scorpiōibus/ 7 laceras (vt dicit Plī. li. xij) dī
aut̄ n̄mis q̄i n̄tēs/ vel q̄i n̄tēs q̄ i mltas pres-
se n̄rit/ vel q̄i n̄rit. i. ad pres oppositas se tra-
bit. nō. n. sicut serpētes squamaz n̄sibus ver-
mis repit/ sed i diuersas pres corpusculū suū
trahit. vt d. Plī. In veretamē de latebris ver-
mes exeūt. 7 iō forsā vermes a verno exitu no-
mē sumūt. vt. d. idē. Sūt aut̄ n̄miū mltē dīe
sicut dicit idē. nā quidā sūt aquatici. 7 quidā
terrestres/ 7 illoz quidā sūt in herbis 7 oleri-
bus vt cruce 7 psimiles. quidā i arborib? vt te-
redones. 7 quidā i vestib? vt tinee. 7 quidā i
canibus vt madōes/ qui ex corrupta hūidi-
tate i canibus putridis generātur. qdā i aia-
libus vt lūbrici/ 7 astrides i visceribus. s̄rōes
i naribus. pediculi 7 lēdes i capitibus q̄ oēs
ex hūozib? corruptis i aialiū corpibus iteri?
vel exterius generāt. Sūt 7 alij vermes tene-
lōgi 7 rotōdi/ molles 7 lūbrici/ ac lūbrici terre
quos i terra venāt talpe/ 7 quib? pisces i aq̄s
capitūtur. quādo hami talib? vermib? inescāt
(vt. d. cōstā.) q̄ tales n̄mes valēt p̄tra spasmū
7 p̄tractionē neruoz. valēt et̄ p̄ morsū serpētis
7 icū scorpiōis. 7 iter n̄mes quidā sūt qui oī-
no carēt pedib? vt colubri 7 serpentes. 7 qui-
dā sūt qui multos habēt pedes vt sextipedes
7 quidā sūt valde p̄niciosi 7 nature bois iuni-
ci/ vt serpētes 7 ceteri venenosi. 7 sūt quidā a-
nulosi corpis q̄ nō habēt neruos nec ossa nec
spinas/ nec cartilages/ nec sāguinē. 7 oēs ta-
les si i oleo tingūtur moriūtur. i aceto n̄o reui-
uisūt. vt. d. arif. 7 pli. 7 sūt qdā vermes q̄ ge-
nerāt 7 generāt 7 qdā q̄ generāt 7 nō generāt
vt salamādre. 7 i talib? nō ē sex? his 7 multē a-
lijs modis vermes tam maiores q̄ minores

variantur.

Vermiculus ē n̄mis modic? a ver-
me diminutiue dictus/ quales so-
lēt i lignis 7 fructib? iueniri. sicut
dauid. ij. re. xxij. tenerrimo ligni n̄miculo cō-
paratur/ q̄ tereudo vel trebala dī. q̄ cū sit natu-
ra mollis lignū durissimū pforat/ imo nihil ē
durius eo dū tāgit. nihil molli? dū tāgitur. vt
d. glo. ibi. n̄mis igitur p̄cipue terrestis nascit
ex hūo 7 folijs/ ex fructib? 7 lignis. finita hye-
me p̄cedit de viscerib? terre tpe verno. salsa ca-
uet 7 fugit. 7 aromatibus 7 amans p̄dita nō
tāgit vestes. s. lineas nō rodit sicut tinea. lane-
am vestē destruit 7 cōsumit. 7 maxie illas ve-
stes laneas p̄sumit n̄mis quaz carnes tetigit
dens lupin?. nā lana ouis deuorata a lupis ri-
neas generat 7 pediculos. vt. d. aristo. li. viij
7 pli. li. x. vilis 7 mollis ē n̄miculus 7 rotōdi?
subtilia 7 gracilia sūt ei? extrēa 7 media gros-
siora. occulte mordet arborē 7 cōsumit/ plus
ore q̄ pedib? se trahit. vilis ē flexibilis 7 exā-
guis. int oibus vermib? ē sensus tact? 7 gust?
(vt. d. pli. li. xi. c. lxxi.) vnde p̄cepto somni vt
strepitū latefcūt. iter saporē discernūt. amara-
enī 7 falsa refugiūt vermes 7 dulcia appetūt
ac suggūt. vnde dēribus alij p̄dantur. alij vn-
guibus 7 rostro ad necessitatē rapiūt alij aci-
mine excauāt. alij suggūt/ lambūt/ sorbēt/ vo-
mūt. mādūt nec mior ē varietas i pedū miste-
rio vt rapiāt/ distrahāt/ p̄māt/ pōderāt. terraz
fodere non cessant. vt. d. pli. ibidem. s. li. xi. c.
lxxi.

Vipera est genus serpētis veneno-
si. d̄ qua dicit (Plī. li. xij.) vipera
est dicta/ eo q̄ vi pariat. nā cū vē-
ter eius ad partū igemuent catuli nō expectā-
tes maturā nature solutionē corrosis ei? late-
ribus cū matris interitu 7 corrupūtur. dī aut̄
q̄ masculus suo ore inserto in os vipere semē
expuat. illa autem ex voluptate libidinis i ra-
biem versa caput maris p̄saudit. itaq̄ firvt
parens vterq̄ pereat masculus dum coit fe-
mina dum parit/ Ex vipera fiunt pashilli. qui
troscia tyriaci nōminantur/ ex quibus fit tyri-
aca. idest remedium contra venenum. De vi-
peris dicit (Plinius lib. viij. c. xl.) vipera so-
la inter serpentes in terre caueinis se abscon-
dit. alij autem omnes in cauis saxozuz aut ar-
borum se occultant. famez sustinet diutissime
in fori hyeme inter terre viscera se recolligit.
7 prius euomito veneno vsq̄ ad venis tempo-
ra ibi dormit. cum autem calore solis pori ter-
re apenuntur/ vipera expgefata egreditur de
caueinis/ 7 quia visus eius ex longa mora cō-

trahit in tenebris caliginem. femiculi radices
vel herbas querit. et eius succo oculos linit be
beratos. et sic herbe gustu oculos acuit. ut vi
su recuperet que amisit. Est autem tyrus spes vipe
maxime venenositatis. de quo dicit an. li. vij
tyrus est sicut et tachea. i. cocodrillus latet in bye
me. sed post expoliatur corium. quod est intra oculos
suos ita quod ille qui non cognoscit hoc accidens
putat quod ille sit cecus. Deinde auferit corium capi
tis totaliter vno die et sua expoliatio est sicut
exitus est embryonis. et sic renouetur quasi depo
nit senectutem. Item in eodem inuenitur in femice
tyrus quidam que serpentes magni fugiunt. quam
uis sit paruus. et sunt pili supra totum corpus su
um. et quando mordet aliquid putrescunt omnia que
sunt in circuitu morsus statim et inuenitur vnus
paruus tyrus in iudea. et morsus eius est ita
fortis quod non inuenitur contra ipsum medicina. De
vipera. n. dicit ambro. in exame. omni serpen
tum nequissimum est genus vipe. que cum cupiditate
assumpserit coeundi murenule requirit copulam
progrediturque ad litus aque vbi credit murenula
latitare. sibilo autem euocat vipera murenula
et puocat ad amplexum. que vocata statim adest
vipera autem videns eam ad copulam preparatam totum
venenum suum euomit et ad amplexum murenule se
preparat. completo vero concubitu vipera venenum
quod euomerat iterum haunit et resumit. et sic cum
veneno resumpto reuertitur ad cavernam vipa insup
er dicit pli. li. xxix. c. i. lapide quedam deglunt
quod percipientes syri vipera caute aperunt. et
lapide assumunt. et eo vtiuntur contra venenum. Item
ibidem que draco vel aspidis. vulnerat caput vi
pere appositum vulnere sanat. et e converso. que
vipera pungit caro aspidis attrahendo venenum
vipere sanare consuevit.

¶ Finis liber. xvij.

¶ Incipit liber. xix.
De coloribus et eorum proprietatibus.

Descriptis
proprietatibus rerum
spiritualium et cor
poralium tam sim
plicium quam mixta
rum ad manus no
stras peruenire po
tuerunt. nunc postre
mo de quibusdam ac
cidentibus corporalium rerum substantiam com
comitantibus. cooperante nobis diuina gratia
est hic attendendum. primo de colore. secundo
de odore. tertio de sapore. ultimo de liquore.
Color est dicitur ut dicitur in li. xvij. eo quod co
lore ignis vel claritate solis est perfectus. vel
color a colando est dicitur. eo quod colantur co
lores ad hoc ut summe subtilitatis sint et intime
punitatis. Colores autem aut nascuntur aut fiunt.
De his quere infra in fine de coloribus. Est
autem color secundum aristotem in libro de sensu et se
sato. extremitas perspicui in corpore determi
nato. est enim color sicut in subiecto in rei cor
poralis visibilis superficie terminata. Lenni
mus tres colorum differentias quas color re
cipit ex natura mixtionis elementorum et do
minio in corpore composito. vnde dicitur quod co
lor mixto perspicuo et dyaphano per actualē
unionem lucis radiantis. super ipsum ter
minabile et perspicui corporis superficiem vi
sui representatur. et propter hoc dicitur aristotele. i
ij. de anima. quod color est motuus vel immuta
tius visus secundum actum lucidi nam lux est actus
et perfectio lucidi seu perspicui. naturam enim
coloris in corpore mixto ex aliquo elemento
dominio essentialiter existentis producit lux ad
actum immutationis visus. quauis enim co
lor naturaliter et essentialiter sit in mixto. non
tamen habet potentiam manifestandi se nisi
per lucem super ipsius superficiem actualiter
radiantem. vnde color ad sui manifestationem
semper indiget luce sed non e converso. quia lux
ad sui manifestationem non indiget colore. si
cut color indiget luce actualiter existente ut lu
ce mediante coloris qualitas visus organo im
primatur. et ideo posuerunt aliqui quod ratio vi
sibilis radicaliter et formaliter est in luce. quia
ipsa sublata rei colorate qualitas visui non ap
paret. habet autem color actualem essentialiter
in tenebris. ut dicitur comen. in. ij. li. de anima.
de immutatione visus et coloris. Non. n. cat

De coloribus

lux colorem cum in sua actualitate ex dominio
elementi sit in mixto. sed lux extrinseca diffusa
super colorem et super medium/ disponit ipsum
medium dando ei formam per quam possit re-
cipere speciem coloris. et ideo per lucem fit di-
spositiue immutatio in medio per quod defer-
tur coloris differentia ad organum visus/ ubi
fit iudicium de colore. et ideo in tenebris rema-
nent colores in sue essentie actualitate/ sicut ex-
presse dicit comen. propter quod auctor perse-
cutione li. i. c. ultimo. dicit quod lux non erigitur ad
visionem colorum/ nisi altera duarum causarum
aut quia sine luce non extenduntur forme colo-
rum in aere/ aut quia si tunc extenduntur non
operantur in visum nisi per lucem. unde ad exi-
stentiam coloris lux non erigitur sed tantum ad
eius manifestationem. et quavis non manife-
stetur in tenebris color/ propter hoc non erit sur-
perfluus vel occisus. cum semper perficiat su-
am naturam et subiectum. et quod non videtur in
tenebris non est ex defectu coloris/ sed potius
ex defectu a parte recipientis/ eo quod non habe-
at dispositionem quam oportet ipsum habere.
Si igitur alicubi dicunt auctores colorem
non esse in actu sine luce intelligendum est de
actu manifestandi quo ad visum/ non de actu
existendi. Quia itaque lux extrinseca colores/
et decorat et ipsos prius existentes in esse speci-
fico visui manifestat/ non tamen primum eos
causat. et hoc intelligo de luce infusa extrinse-
ca super res. nam virtus lucis celestis ad in-
teriora rerum invisibiliter penetrans cooperat
tibus quatuor elementorum qualitatibus co-
lores. precreat atque causat. et sic generatos et exi-
stentes in esse specifico superueniens lux visi-
bilis clarificat. nobilitat et oculis manifestat.

Et autem perspicuum bene termi-
natur materia coloris et hoc est
solum vel maxime humidum quo-
niam siccum et terreum in quantum non est per-
spicuum. Siccum vero igneum non descendit
de spera sua/ neque hic inferius inuenitur/ quo-
niam sola forma ignis generatur de potentia
alicuius elementi ex quo mixtum debet consti-
tui. ut patet in libro de generatione. Illud igitur
perspicuum habet tres differentias materia-
les. quia aut est materia subtilis/ aut est gros-
sa/ aut mediocris. Si mediocris tunc est hu-
midum aque multum humidans super siccum
terreum et super humidum aereum deficiens ab
humiditate aerea. vel erit aereum multum al-

teratum per siccum terreum/ ita tamen quod ex-
cedat grossiciem. Si autem est subtile sic est hu-
midum alteratum ad naturam aeris/ siue hu-
midum alteratum aereum. Si autem est gros-
sum tunc est alteratum ad grossiciem et siccita-
tem terre./ ita quod excedit mediocritatem.

Materia igitur coloris perspicua aut
erit sicca per dominium vel humi-
da per dominium/ vel mediocri-
ter sicca et humida. Si vero dominetur siccitas
in materia/ si est tunc actio calidi per do-
minium generabitur albedo/ quia calidum ra-
refacit et disgregat partes materie/ et subtiliat
ac generat claritatem et perspicuum. et secundum
hoc dicit aristoteles libro de animalibus. xix. quod ge-
neratur albedo ex paucitate humoris in mate-
ria sicca per dominium calidi agentis et subti-
liantis. sicut patet in calce et ossibus combu-
stis et alijs consimilibus. Si vero agat in ma-
teria sicca dominans frigiditas/ tunc genera-
tur nigredo quoniam constringit partes ma-
terie sicce et congregat ac opilat substantiam
rei et condensat ac obscurat. obscuritas autem
est privatio non solum lucis/ verum etiam co-
loris/ quemadmodum claritas est differentia
coloris sicut lucis quoniam est conditio visi-
bilis simpliciter et tunc magis terminatur sic-
cum quod erigebatur ad generationem albedinis
et sic inducitur color niger. Si vero sit humida
materia tunc a calido dominante generatur ni-
gredo/ quia calidum adurit partes humidas
et consumit humidum quod exalat in fumum
nigrum/ ut patet in lignis vundibus et humi-
dis/ de quorum extremis exit humor niger qua-
do exuritur. unde dicit aristoteles in libro meteo-
rabilibus sunt que habent in poris humorem
debilem qui non potest resistere calori ignis/
nec tamen statim suffocat sed potius alit ignem
unde patet quod humidum est potissimum in quod
agit ignis/ et id humidum causa est nigredinis
per caloris actionem. quia calor agens exala-
re facit subtile terreum et humidum aquosum
et evaporare aerem et remanet quod est terreum
atque grossum. propter quod oportet necessa-
rio ut nigredo generetur (dicit enim aristoteles li-
bro meteo. iij.) quod natura terrestres subtilis/
et claritas aque/ et natura aeris faciunt albedi-
nem in argento vivo. et ideo opposita istorum
inducunt nigredinem in sicco derelicto ex acti-
one calidi in humido. et sic dicit aristoteles li. xix. quod
nigredo generatur in oculo propter multitudinem

humidi. nam calor naturalis agens in humidum terminando / et digerendo / et exsiccando in fine nigredinem derelinquit.

Sed vero sit in materia humida et in illud vincat dominans frigiditas tunc albedo generatur. ut apparet in niue et pruina / et in canicie / et in humoribus fleumaticis. Quavis enim frigus aggreget humidum / non tamen sicut siccum. humidum etenim cum sit perspicuum / magis est aptum natum ad nobile esse coloris. Preterea humidum compressum paratur ad spersionem / et partium separationem. Sic autem non est de sicco. propter quod magis paratur quavis per compressionem ad receptionem claritatis et aperitionem quam sit siccum. et ideo potest melius frigidum generare album in humido quam in sicco. et sic est intelligendum quod dicit aristoteles lib. 1. 1. quod albedo generatur ex aere vaporoso. id est declinante ad humiditatem aqueam / et hoc propter frigiditatem actionem. quod vero dicit commentarius quod albedo generatur ex igne claro admixto cum elemento valde dyaphano / intelligendum est de claritate que per transumptionem albedo sepius ab aristotele nuncupatur. secundum quod albedo dicitur generari in nubibus ex refulgentia radiorum in eis si tennes fuerint atque rare. et sic etiam flamma aliquando apparet alba quando materia aeris est subtilis in qua radiat vapor ignis. et talis albedo non est propria sed potius transumptiva. possemus tamen extendere verbum commentatoris quod dicit hoc de igne ratione perspicui quod est materia propria albedinis / non ratione sue actionis. unde hoc quod dicit debet intelligi de igne qui debet esse materia coloris et non de efficiente extra. et secundum hoc intelligitur materialiter non effectue nec formaliter.

Sunt autem inter albedinem et nigredinem multi gradus intermedii secundum intensiorem dominij tam qualitarum actuarum quam passivarum / sed est debilius et fortius multipliciter et secundum multos gradus. quia quanto plus dominatur siccitas / tanto in maiori difficultate subtiliatur / et rareficatur / et elucidatur. et sic difficilius fit perspicuum et per consequens albedo eo quod siccum est densum ac solidum in quantum huiusmodi et obscurum. quanto vero dominium siccitatis fuerit minus et calidi maius fuerit dominium / tanto melius et citius poterit albedo inde generari. similiter quando siccitas fuerit maior et frigiditas intensior / tanto magis generabitur nigredo et partium compactione et extensione ob

scuritatis et privatione claritatis et superfluitate terminationis perspicui. similiter est de humido / quanto enim maius fuerit dominium humidum / proportionabilis combustioni dummodo sit dominium calidi / tanto maior erit fumus ex calido et denigratio. quanto vero dominium humidum sit maius dummodo sit dominium frigidum / proportionaliter crescens erit similiter intensio albedinis. Si vero fuerit dominium humidum magnum et parum de dominio calidi remittetur nigredo. Similiter si sit dominium humidum magnum vel duntaxat calidi partium vel frigidum partium remittetur albedo. Si vero fuerit duntaxat humidum aliquantum dominium calidi magis nigredo magna poterit generari. quandoque tamen calidum generat albedinem in humido. ut patet in albumine oui cocto / et quandoque agens in lignis viridibus et humidis reliquit cineres albos post finalem terminum sue actionis / sed tamen non est vera illa albedo / quoniam niam semper apparet in ea vestigium perspicui male terminati ad modum superficiem cristalli dari. et hoc apparet si scandatur / licet non pretendatur hec perspicuitas per medium corporis pervietate simpliciter actuali et completa unde patet quod non est vera albedo unde illa albedo derelinquitur ibi propter debilitatem caloris agentis / ita quod vincit frigiditas intrinseca et inata. Est etiam albumen oui coctum album. quod non tangitur ab igne propter testam. quod si immediate tangeret utique in ipso nigredinem generaret. agens in super calorem in humidum primo generat nigredinem et fumum. et vincens humiditatem inducit siccitatem in materia in qua agit. et sic in illa inducta siccitate facit novam transmutationem et generat novum colorem subtiliatione siccitatis. et licet calidum aggreget homogenea propter quod condensat et obscurat tamen siccum habet aliquid sibi annexum de humido ratione cuius potest disgregare. et licet in principio congreget ratione dominij tamen post aggregationem ipsum aggregatum subtiliat / quia eius operatio specialis est subtiliare materiam in quam agit dummodo sit sicca. quod dico propter hoc quod aliquando agit in humidum et exaltat illud. frigidum vero non ordinatur ad rarefaciendum / sed stat in ipso actu condensandi tanquam in actu principali quia aggregat tam homogenea quam eterogenea.

Sed vero sit actio calidi et frigidum medietate concurrentis in materia sicca / tunc generabitur color medius

necessario quia calidum subtiliabit in generationem albedinis. frigidum vero e contrario aggregabit eam in generationem nigredinis. Cum ergo in quolibet puncto simul agant equaliter/oporret quod inducat in quolibet puncto simul albedinem et nigredinem. quare oportet quod fiat color compositus ex eis. et iste color plus debet habere de nigredine. quia siccum minus se habet ad album quam ad nigrum propter privationem perspicui et obscuritatem innatam. et plus se habet ad aggregationem et innate aggregationis conservationem quam ad subtiliationem et rarificationem. Si vero concurrant mediocriter in materia humidum per dominium/similiter generabitur color medius/qui habebit plus de albo quam de nigro. quoniam humidum per dominium ratione perspicui purius magis se habet ad album quam ad nigrum. et respectu agentis frigidi facilius se habet quam respectu calidi. quoniam calidum agit in humidum exalando et consumendo. frigidum vero solummodo conservando illud in sui natura per viam consolidationis et compactionis. Si vero sit materia mediocriter tunc erit semper color medius. Si ergo sit in tali materia actio calidi per dominium tunc quia potest facilius humidum transmutari in nigredinem/quam siccum in albedinem generabitur color plus habens de nigredine sicut patet quando humidum et siccum dividuntur ab invicem/citius generat color colorem nigrum in humidis et in viridibus lignis quam in lapidibus combustis in quibus calor generatur et consimilia. Si vero fiat actio frigidi per dominium/in materia mediocriter oportet colorem esse medium compositum magis ex albedine. quam humidum magis se habet ad albedinem quam siccum ad nigredinem/sive ad aliquem colorem eo quod in humido est materia perspicui que est propria materia coloris. In sicco autem non inquitur huiusmodi. Respectu vero agentis saltem uno modo est humidum magis obediens sibi quod bene possibile est propter privationem soliditatis et duritiam cuiusdam naturalis que est in sicco. licet enim siccum de se sit natum congregari/tamen non ita bene est congregabile sicut humidum/ut patet in lapide cuiuslibet substantia sit compacta/non tamen facile recipit maiorem compressionem a causa agente. Et demum enim in multis quod frigidum de facili producit albedinem. ut patet in nive. quod non tantum apparet exemplariter quando agit in materia sicca. si vero concurrant mediocriter fiet medium necessario quod erit eque distans ab ex-

remis. si enim quando est dominium solum ex parte agentis vel solum ex parte materie accidit color compositus ex altero magis et ex altero minus. sed quando equantur tam agentia quam patientia erit color se habens equaliter/ut patet ex predictis. et ita erunt due extremitates et quinque medii. nec videtur quod plures motus possint medii esse distincti secundum speciem sicut declaratum est per istam definitionem divisam propositam per membra nec superflua nec diminuta. Aristoteles etiam testatur quod tantum sint quinque medii colores/quorum numerus et sufficientia potest accipi predicto modo. et etiam ex combinatione albi et nigri ad eorum generationem/eo quod si nigrum et album concurrant equaliter ad compositionem coloris medii tunc erit color eque distans inter extremos ut rubedo. Inter album vero et rubrum non possunt esse nisi duo. unus magis appropinquabit albo et alius magis nigro rubeo. Inter rubrum vero et nigrum erunt similiter duo. unus magis conveniens cum rubro albo. et alius magis cum nigro. et ita plures non possunt esse intermedii. quoniam inter album et rubrum non potest esse aliquod eque distans simpliciter/quia eque distantia simpliciter habet respectum ad extremos. sed talis si poneretur haberet tres quartas albedinis et unam nigredinis. quam medietas rubedis est ex una quarta albedinis et una quarta nigredinis. eodem modo non erit eque distans simpliciter inter nigrum et rubrum. quare oportet quod haberet tres quartas nigredinis et unam albedinis. et sic esset tantum eque distantia secundum quid et secundum apparentiam et non simpliciter secundum veritatem

Des autem colores quinque intermedios nominat aristoteles. primum vocans glaucum. secundum puniceum. id est citrinum. tertium rubrum. quartum purpureum. quintum viridem. ita quod inter album et rubrum erit glaucus a parte albi puniceus a parte rubri. Inter nigrum autem et rubrum purpureus a parte rubri. et viridis a parte nigri. hec nomina alio modo vocantur in greco. ut lianus/purpureus/liarapos/glaucus. sed de nominibus grecis non est vis/sed nomina latinorum attenduntur. et ratio dictorum patere potest. quoniam glaucus magis habet de albedine quam de nigredine et rubedine. et talis color ponitur in foliis cadentibus in hyeme vel autumno. Purpureus vero et puniceus circumdant rubedines. quia uterque habet

plus de rubedine q̄ albedie vel nigredine. s̄ puniceus ē magis remotus a nigredie q̄ purpureus. vt vult aristo. in. ij. de somno et vigilia. vbi loquitur de corruptione istorum in nigredinem vbi ponit puniceum per purpureū modum dedinare in nigredinez. et ideo oportet vt purpureum sit inter rubedinem et nigredinem. et puniceus inter albedinem et nigredinem. Ex quibus omnibus sequitur q̄ viridis debet poni cum nigredine. Ex quo patet ratio et ordinationis istorum quinque colorum intermediorum sc̄dm aristo.

Sunt autem qui ponunt lucem eē de substantia coloris. et illi dicūt q̄ color est lux incorporata perspicua. habet autē perspicuum differentias istas. aut enim perspicuum est purum separatum a terrestreitate. aut est impurum cum terrestreitate admixtione. Lux autem consideratur quadriparie. quia aut est lux clara vel obscura v̄t ē pauca vel ē multa. nec dico lucē magnā p̄ subiectum magnū diffusā s̄ sicut d̄ luce v̄tuali d̄ q̄ ī p̄turo colligitur lux multa. vt quando opponitur speculū concavū soli. et lux cadens super totam speculū superficiem in centro s̄pere speculū reflectitur cuius lucis collectio speculū inflāmat et citissime combustibile generat. vnde cū fungus vel stupa vel aliud inflāmabile opponitur subito accenditur et ignitur. Si igitur fuerit lux clara et multa in puro perspicuo albedo generatur. nam albedo est color qui ex luce multa et clara in puro perspicuo generatur (vt dicit albina.) Si vero fuerit lux pauca et obscura in perspicuo obscuro nigredo necessario generatur. et iste sermo explanat sermones aristo. et auerrois. qui ponit nigredinē priuationē claritatis et albedinē habitū siue formā. et sc̄dm hunc sermonem patet q̄ sunt septē colores. ab albedine versus nigredinē paulatim accedētes. similiter septē erunt primi nigredini a nigredine versus albedinez p̄cedentes. donec fiat occurus alicuius septē colorum quibus ab albedine ad nigredinē descēdit. et hoc patet. cū. n. albedinis essentiā tria constituūt. sc̄z lucis claritas. et ei⁹ multitudo ac perspicui puritas duobus amotis p̄t eē remissio. Erit igitur p̄ hūc modū triū colorum generatio. et quolibet triū solo remanente duorum reliquorum erit remissio. et sic ab albedine erūt septē colorum immediate p̄ductiones vel p̄gressiones. Similiter a nigredine versus albedinem septem sunt colores. et sic erunt sc̄dm istā considerationē. v̄t

colores duo principales. s̄. albedo et nigredo et. xiiij. collaterales. septē hinc per intensionē ab albo ad nigrū descēdētes. et septē illuc a nigredine per remissionem ad albedinem ascendentes in medio in idem cōcurrētes. In quo liber autem colorum mediorum sūt gradus quasi infiniti sc̄dm intensionez et remissionem maiorem vel minorem prout extrema se protendunt. Recollige igitur breuiter ex predictis q̄ color est proprietas siue qualitas derelicta in superficie corporis perspicui ex natura cōmixtionis elementarium qualitatum concurrentium in mixto que mediante luce visui actualiter p̄sentatur. nam sine luce media color organum visus actualiter nō immutat. color tamen per se est visibilis (vt dicit aristo. ij. de anima. Nō est autem ex defectu sui. sed potius ex defectu et impotentia organi q̄ color sine actuali lucis presentia non videtur. et ideo pictorici vocauerūt colorem epiphaniam scilicet supra appositionem. eo q̄ sit extremitas corporis perspicui terminati vel in ei⁹ extremitate et ibi magis proprie est. eadē tamen natura coloris est intus et extra. vt patet in albumine oui. et i fracturis vitri colorati. vt dicitur in libro de sensu et sensato. c. vij. Sunt tamen multa que sūt vnius coloris in extremo extrinseco et in initiali termino. et alterius intrinseco in medicinalio. vt patet in pipere nigro et in pomogranato. Multa enim colorant rei superficiem que non penetrant ad interiora. vt patet in picturis. pannus etiam rubeus tingit aque extremitatem quando ei sup̄ponitur. vnde patet q̄ color perspicui extremitas est. vt dicitur in libro de sensu et sensato. capi. vij. Item sicut in corpore perspicuo non terminato. vt in aere presentia luminis facit actu lucidum. absentia vero tenebrosum. sic in corpore terminato presentia lucis facit coloratum scilicet album. et ei⁹ absentia nigrum et tenebrosum. ita tamen q̄ non omnino absit lumen. vt dicitur in libro de sensu et sensato. ca. viij. vnde verus color est in corpore terminato perspicuo. in corpore vero non terminato non est verus color sed quasi color. vt dicitur in libro eo. Item fit generatio colorum mediorum sc̄dm suas differentias sc̄dm diuersitatem proportionum. vt si fuerit in sexquialtera proportionem vel in quarta proportionem vel sc̄dm alteras. Si autem secundū proportionem et secundū inherentiā et dyaphanum fit iterum proportionalis nihil assumunt vt p̄z in p̄sonatijs vt ibidē. capi. viij. b. Item fit generatio sc̄dm proportionē colorum

De coloribus

consonante quando sunt delectabiles. quia quanto erunt magis proportionabiles tanto sunt delectabiliores. ut dicitur ibidem. Item secundum aliorum opinionem generatio colorum mediorum fit per suppositionem colorum extremorum adinvicem ut manifestioris super minus manifestum. ut patet in picturis. sicut sol videtur per se albus sed per interpositionem nubis videtur esse alterius coloris ut dicitur ibidem. c. viij. Item apparitiones colorum non fiunt per dispersiones radiorum ab oculo sed potius fiunt per continuam multiplicationem coloris in medio vel subitam eius dilatationem ad oculum cum sensus fiat per contractum. ut ibidem dicitur. c. x. alias. c. iij. g. Item colores aque distantes positi a longe distantibus apparere possunt medij colores cum tamen non sint quia nulla pars rei sub extremo colore videri potest ut patet in pano diversi coloris. ut ibidem dicitur. c. viij. d. Item medij colores generantur secundum similitudinem generationis mixtorum cum miscilibus. quia mixtionem miscibilium per transmutationem in formas permixti sequitur mixtio colorum ut sicut in extremis corporibus generatur medium. sic ex extremis coloribus medius color generatur. ut ibidem dicitur. c. viij. Item omnis color generatur per albedinem et nigredinem que videtur potius esse privatio albi quam color. ut obscuritas est privatio lucis. ut dicitur libro. x. metha. c. iij. b. Item unitatem coloris in specie non oportet quod sequitur unitas nature. ut dicitur al. in differentia. g. Item effectus coloris est immutare visum secundum actum lucidi. nam per lucidum color educitur de potentia ad actum ut actualiter immutet organum visus ut apprehendat speciem colorati et iudicet de re visa. Item color medius bene proportionatus delectat visum et confortat. extremus vero color debilitat visum et contristat ut dicit aristoteles. nam intensa albedo disgregat spiritum visibilem et dissolvit oculum et lacrimare facit sed nigredo nimis intensa aggregando spiritum et condensando. visus repercutit et obtundit ut patet in diu indusis in locis tenebrosis qui subito inducti ad lucem parum aut nihil vident. Item color rei colorate naturam et complexionem indicat. nam albedo et colores albi in corporibus congelatis non sunt nisi in substantia frigida. et nigri e contrario. quia frigus albificat substantiam humidam et denigrat siccam. Calor vero denigrat humidam et albificat siccam ut dicit aristoteles et avicenna. et ideo albedo quod

filia est frigiditatis indicat dominium fleumatis et frigidi et humidi humoris. Nigredo si gnium est melancolie dispositionis et siccum humoris in corpore dominantis. Quandoque est tamen signum adustionis nimie adurentis humoris et in melancoliam innaturalem immutantis. sicut post dicitur. Item rerum intrinsicas qualitates. color extrinsecus manifestat. nam ut dicit avicenna. color est qualitas que perficitur a luce. Est enim color lux existens in potentia in corpore tenebroso migrans in actum per lucidum superueniens ab exteriori. et hoc patet sic. Quodlibet enim corpus permixtum habet aliquid de igne in potentia et per ignem habet de lucido cum ipse ignis sit lucidus a natura. sed illud lucidum velatur a partibus tenebrosis. unde solum est in potentia. sicut caliditas sulphuris vel pipenis. unde sicut eorum caliditas potentialis non migrat in actum nisi per consimilem qualitatem actuali extrinsecus interiori comparatam. sic lux potentialis in permixto tenebroso non migrat in actum nisi per aduentum luminis exterioris. Calor itaque apparens extrinsecus intensiorem vel remissionem declarat ignis latentis potentia in permixto. et secundum hoc de eius actione et virtute iudicatur. Item coloris proportionabilis varietas intuitus aspectum ad sui admirationem et intuitum naturaliter excitat (ut dicit plinius libro viij. et avicenna.) unde dicit quod quilibet bestia quantumcumque sua varietatem coloris et pulchritudinem admiratur in pantera. Item cuiuslibet hominis faciem color maxime pulchrificat vel deformat nam color ordinatus et suavis complexio est forma pulchritudinis. quando membrorum dispositioni debite correspondet (ut dicit avicenna) unde dicit augustinus. pulchritudo est elegans corporis habitudo cum coloris suavitate. et e contrario. color confusus et incompositus evidens est in corpore turpitudine. Item color passiones. et accidentia anime preconisat. subitus enim pallor et discoloratio iudex est timoris. nam reuocato colore ad interiora corporis superficies depauperatur a sanguine et sic per consequens discoloratur. sic subitus rubor in facie est signum verecundie. siue iracundie et furoris. et hoc accidit propter calorem petentem exteriora et cutis superficiem rubificantem et defendere ab illata verecundia vel iniuria cupientem. Item color materiam suam seu subiectum terminat perficit et informat. quia si color in subiecto non esset

qualis foret rei substantia visui nō appareret. Item color materie superficiem ornat/ & eius deformitatē palliat & occultat. vnde color cōpositus inter extremos medi⁹ in superficie cor poris ordinate superpositus deformitatis ac cidentaliter vel naturaliter in materia dereli / cre est operculum vt dicit auicenna. Item co / lor luci se cōformat & velut filia matri se eius acui configurat. vnde cum intensa luce color acuitur & accenditur/ & cum remissa remittitur & hebetatur.

Item autem in corporibus coloruz mutatio multiplici d̄ causa vt pa ter in fructibus & graminiibus & i alijs nascentibus. nam primo nascuntur fru ctus virides. vt pz in vuis & in moris deinde rubescunt/ tādē palleſcūt vel nigrescūt. & illi⁹ colorū varietas accidit ex varietate coloris na turalis vel solaris/ vario modo fruct⁹ substā / nam decoquentis & digerantis. primo enim caloris actio est debilis & lenta insufficiēs dis soluere & ratificare partes terrestres. & ideo in eaz superficie apparet color vndis indige / stus scilicet ac terrestris sed paulatim vigora / tur color naturalis per admisculum caloris solaris. & ideo fortius digerit & ppter eius in tensionem colorem rubeum in fructus super / ficie derelinquit. & tandem completo fructu & maturo & humore pontico ac terrestri perfecte digesto ex adustione color niger i superficie ge neratur. nam calor predominans super terre / stritatē ipsam dissoluit & decoquit & digerit/ & quantū est necesse in substātiā fructus accipit & conuertit. quod vero reliquū est vel cōsumit vel a se repellēs ad extremas pres ducit & trās mittit. & talis reiecta fumositas cū sit terrestris superficiem inficiat & nigredinis vel glaucitatis vestigiū in fructus superficie generat & relinqt (sicut d̄ super libro vegetabiliū in cōmento) nā tales colores ex se actionē & naturā frigiditatis pretendētes/ sepius etiā in rebus calidif simis generantur ex eadē causa. s. ex calore in / terius dominante fumositates terrestres vel a queas ad extrinseca repellēte. vt dicit alfre. su / per libro anis. de vegetabilibus & plantis. In rebus etiam sensibilibus fit coloris mutatio/ nunc in cute/ nunc in oculis/ nunc in pilis nūc i vngue. nā color cutis fit duobus modis/ vt dicitur in tobānicio. aut fit ab interioribus aut ab exterioribus aliquando fit ab humoribus aliquando ab anime passionibus. ab interioribus itaq; mutatur color in cute. aliquando per humores calidos/ aliquādo per frigidos

nam contingit humores calidos tam compo sitos q̄ simplices frigesieri. & etiam frigidos vel infrigidatos calefieri. & scdm hoc solet i cu re color variari. nam quando frigidi humores calefiunt/ albus color mutatur in citrinitatez vel in ruborez. quando vero calidus frigescit color rubeus mu tatur in albedinem vel pal / lozem. & sic de alijs intelligendum est. Item ab interioribus anime passiōibus mutatur co lor. nā rubicūd⁹ fit pallid⁹ ex angustia qz i tio re vel tiore cor stringitur/ & calor ab extenori / bus ad interiora reuocatur. & ideo exteriora pa lescent. Similiter pallidus fit rubeus ex ira / quia in ira cor dilatatur & extenditur ad vidi / cre appetitum. vnde & calor subito & impetuo se ab interioribus ad exteriora cōmouetur vnde & calefit sanguis intercutaneus & exinde ru bor subito generatur. ab interioribus etiā fit color niger in mauris & albidus in alamanis nam maunitanea que est regio in ethiopia ca / lidissima/ in qua propter colorem continuum sanguis aduritur intercutaneus / & denigratur sic adustus a cuius denigrati sanguinis diffu sione iter cutem & carnem omnia membra ge / neraliter denigrantur. vnde primus ethiopiā inhabitans denigratus sic est/ sed postea coo perante colore solis et cōtaminatōe primi illi us habitatoris vicium in posteris propaga / uit. qz ex nigro patre et consimili matre nigri generaliter nascerētur. sed hoc solum babz lo cum vbi solis adustio continue afficit genera res. et ideo in regionibus temperatis et ad fri giditatem declinātibz/ ethiopes generant in colore filios tēperatos vt dicit macro. et eti am aristo. et auicēn. Contrario vero scoti et alamani frigidās regiones inhabitant. et iō frigiditate poros exterioris cōstringente calor ad interiora reuocatur. et ideo exterioris parti corporum superficies dealbatur. hec narrat oia cōmentator sup. 10. idēz tangit aristo. Itē mu tatur color cutis et maxime hominis multas alijs de causis. quandoq; propter complexio nis malignitatem vt patet in melancolicis p pter nimiam & superexcedentem caliditatē/ vt est videre in colericis qui citrini sunt coloris propter solis calorem & aeris siccitatem. vt pa tet in itinerantibus & i nautis propter humo rum corruptorum intercutaneorum expansibi litatem/ vt contingit in morphea & in lepra. p pter opilationem epatis vel fellis distempera tā qualitatē vt accidit i ictericia q̄ ē caloris na turalis i sordidū & viciōsū colorem trāsmutatio vt. d. cōstā. Itē pp cutis straminatiōez vt pz post variolas & cicatrices varias vel vsturas

De coloribus

Consideratur etiam color in pilis et in capillis. nam secundum qualitatem humorum a corpore resolutorum variatur color capillorum. nam ex fleumate fiunt albi. ex sanguine ruffi. ex naturali melancolia glauci ex colera adusta fiunt nigri. ex defectu etiam coloris naturalis fiunt cani. ut patet etiam in senibus. et quando canus color incipit in radicibus capillorum accidit ex fleumate habundante. quando vero ab extremis incipit signum est quod accidit ex defectu coloris naturalis. quere supra in tractatu de capillis.

Atenditur postea color in oculis nam ut dicit Joban. colores oculorum sunt quatuor. scilicet niger / subalbus / varius et glaucus. Diversitas autem colorum istorum accidit ex spiritibus visibilis claritate vel obscuritate / vel ex crystallini humoris paucitate / vel profunditate / vel ex albuginei humoris superfluitate vel turbatione / vel ex vicia humore indigentia vel superfluitate. nam si humor crystallinus fuerit paucus in quantitate vel lateat intrinsecus et albugineus humor deficiat vel turbetur habundat humor tunice vicia / istis omnibus concurrentibus vel aliis quibus ipsorum niger color in oculo generatur. Subalbidus vero ex causis fit strans. glaucus vero et varius accidit ex mixtione rerum que faciunt albedinem et nigredinem. In glaucitate aliquantulum nigredo in varietate albedo aliquantulum plus habundat. scilicet de his quere supra in tractatu oculorum. Color etiam in unguibus denotatur. nam eorum color esse debet subalbidus specularis et perspicuus / quandoque autem mutatur iste color in lividitate vel alium mixtum colorum et tunc diversas pretendit passiones. ut patet supra in tractatu de unguibus.

Nunc de coloribus in particulari dicendum est. et primo de albedine que videtur mediorum colorum esse proprium fundamentum. Est autem albedo color ex luce clara et multa in puro perspicuo generata (ut dicit algazel) unde quanto materia perspicua est purior et lux clariores tanto albedo erit intensior et nigro impermixtior. Est igitur causa materialis albedinis perspicuum purum ab omni terrestri feculentia impermixtum. nunc siccum nunc humidum. causa vero effectiva est / vel calidum vel frigidum. nam materia si fuerit sicca per dominium et color agens in ipsam fuerit per dominium ge-

nerabitur tunc albedo propter rarefactionem et subtiliationem partium materie ac clarificationem vi caloris. ut patet in combusto osse / et in calce. Si vero fuerit materia substantialiter humida et in illa dominans frigiditas generatum erit album ut patet in uive et pruina. generatur autem albedo ex aere vaporoso declinante ad humiditatem aqueam (ut dicit aristoteles. li. xij. de animalibus) et hoc per frigiditatem actum. nam frigus albificat humidam materiam et denigrat siccam. calor vero humidam denigrat et siccam dealbat. Item albedo generatur ex rarefactione / aeris ut patet in spuma. et ideo aque calide generant pilos albos quia albedo est ex aere vaporali retento in membris. et ideo quia albedo est ex aere calido et vaporabili / ideo animalia sunt alba sub ventre. ut dicit aristoteles. libro animalium. xij. diffusivam autem habet et virtutem respectu visus et spiritus sensibilis disgregativam. et ideo si fuerit nimis intensa / corrumpit visum et facit oculos lacrimari / sed est omnium colorum incrementum. In nullo enim melius fundantur colores medij quam in albo. et quanto album est intensius quod subtemitur / tanto adberet fortius color qui superinducitur et limitatur siue rubedo fuerit siue nigredo. Ad albedinem vero pertinent candor / albor / pallor / livor / siue flauor. flauum enim et lividum idem sunt secundum unam significationem. ut dicit aristoteles in capitulo de sapore. et dicit quod lividum est flauum quia sequitur naturam albi. Adultas alias species assignant medici circa album. ut est color equeus / lacteus. lizarapos idest albidus vel subpallidus. et variantur secundum diversas materias tenues vel grossas in quibus radicantur. ut patet in libro. vij. theophrasti / constan. egyptij de urinis. Candor est albedo intensa multum habens in se lucis in forma et puri perspicuitatis in materia. nam fulgor lucidi pure perspicui superficie informans et perficiens et iuuetis aspectum sine organo lesione immutans. et cum quadam suavitate ad sui intuitum excitans oculum alliciens candor nuncupatur. Illud enim dicitur candor quod primo potest sine corruptione sensus ab albedine per actum lucidi ab oculo comprehendendi. nam albedo que consistit in extremo a sensu non videtur. subterfugit enim sensus iudicium quia nulla res sub extremo colore videri potest. Sunt enim colores extremi invisibiles secundum se propter sui puritatem ut dicitur in libro de sensu et sensato. c. vij. quod ergo primo subiacet sensui de albedine dicitur candor.

Color flauus qui et glaucus dicitur generatur ex albedine minus intensa accedente aliquantulum ad rubedinem et generatur secundum auicennam in materia temperata non simpliciter sed respectu viridis coloris. nam ut dicitur idem viridis color in plantis mutat in glaucum in autumno. quoniam. n. in folijs est multa materia humidam magis quam glauci materia et grossa / paulatim per actionem calidi consumitur. nec tamen omnino destruitur vel destruitur a calore eleuante materia sed frigus dominetur. frigus vero dominans in materia mediocri generat medium colorem necessarium. et quia potest melius transmutare humiditatem quam siccitatem. ideo generat colorem medium huius de albo magis / cuiusmodi est glaucus. ut dicitur commenta. supra li. aristoteli. de plantis in fine. ideo inquit quedam arbores virides in estate paleasunt in hyeme ut burus. huius enim burus viscosum humorum. In radice autem multa huius liquidam humiditatem / et ideo non cadunt folia. sed adueniente calore. prouocatur humor ad exteriora qui tactus caliditate fit viridis. sed veniente frigiditate repercutitur humor et habundat siccitas et fit color glaucus. unde respectu coloris viridis in quo est plus de materia dicitur glaucum habere materiam temperatam.

Color pallidus ex eisdem causis generatur frigiditas tamen minus est intensa et plus accedit albedo ad nigredinem et generatur in materia grossiore. Est igitur pallor color medius ab albedine incipiens et degenerans in nigredinem. generatur et accidit aliter ex timore / sollicitudine nimia et labore et ex causis alijs quibus color ad interiora reducit et corporis superficie propter sanguinis depauperationem paleasit et discoloratur. ut est videre in nimis dormientibus et sonniculosis / et in hominibus amorosis / qui propter amoris magnitudinem estuantes dilatati cordis spiritus euaporant / propter quorum nutrimentum et restorationem natura colorem ab exterioribus ad interiora reuocat et sic superficie cutis per subtractionem calidi sanguinis discoloratur (iuxta illud) Pallidat omnia amara hic est color aptus amanti. eadem de causa macerati de fame vel imoderato exercitio et labore propter spiritum calidi sanguinis expalescunt.

Albus color est color medius ab extremis nigredinis et albedinis equidistantis qui in superficie corporis perspicui resalutat per incorporationem clari luminis ignei atque puri / ad cuius generationem concurrunt materie perspicuitas / ignei luminis claritas / et albedinis atque nigredinis compositio mediocritas. tamen propter igneam igneam partem mixti perspicuas dilata-

tem et ratificationem ac subtilitatem / maior est huius intransfluentia proformitate cum albo quam nigro. et ideo intense rubeum ad modum lucidi disgregat visum nec aggregat sicut nigrum / propter quod panorum venditores panos rubeos suspendedunt ante lucem / ut videant alios panos coloratos propter rubedinem spiritum visibilem disgregantem minus valeat colorum discernere veritatem. preterdit autem generaliter rubedo dominium calidi in primario quauis aliquando inueniatur superficialiter in naturaliter frigido ut est videre in rosa que naturaliter siue subalteriter frigida est et sicca. sed quia subtilissime est subalternatus color quem habet ex oppositioe fugiens dominium frigidi / petit exteriora que iucies subtilia etabilia ad imutandum / transmutat ea superficialiter in colorem rubeum que actioni ignis potissime similatur.

Color croceus / puniceus / et citrinus / differunt partem nisi secundum remissionem albedinis et nigredinis in ratione aliquantulum admixtionem / et secundum aliquantulum intensioem caloris et frigiditatis remissionem. secundum autem quod calor talis in materia subtiliori ac magis perspicua radicat magis rutilat et apparet. secundum vero quod materia est magis terrestris ac grossa minus claret. talis autem color et intensioem signat caloris temperati et non excedentis quantum est de significatioem coloris. secundum varias tamen substantie dispositiones varias preterdit sanitatis vel morbi significatioem et diuersas corporis habitudines et complexiones. (ut patet in libro ysaie. de urinis) nam citrinus color adiectus cum substantia tenui in urina iuuenis coloris complexionis pretendit ipsum sanum in flegmatico aut melancolico signare potest varias infirmitates (ut dicit egidius) versus finem in tractatu de urinis. c. xij. ubi dicit Est multus tenuis citrina referta figuris. flegmaticum iuuenem vel quem niger afficit humor. Condemnat tricheo duplici etc. Item vnde et idem color diuersa et ad diuersa signat / secundum diuersitatem substantie cui copulatur.

Color croceus plus tingit liquores et humores quam citrinus. et signat caloris intentionem et distemperantiam sanguinis in epate / pro colere admixtionem. ut patet in ictericis / quorum urina est crocea in spuma et oculi sunt crocei / et cutis fedat et citrina. aues autem calidissime complexionis et colerice. ut aues prede / extrema habet colorata / ut pedes atque rostra. quod accidit ex superbundantia colerici fumi et calidi quem reijcit natura ad extrema / propter

De coloribus

quod colorantur sic. Quere de hoc supra i li.
de morbis. c. de ictericia.

Color mineus idēq̄ coccinus ac
vemiculus / rubedini p̄p̄iquus ⁊
affinis rutilans ⁊ resplendens q̄si
ignis. Multu cui habet in se ignee lucidita
tis / ⁊ etiā ex parte materie perspicuitatis. pro
pter qd̄ color est viridis reluceus multū ⁊ acu
tus. materia enī minij est terra que discerpitur
in litore maris rubri / que tante est infectiois
⁊ ruboris q̄ ex eius diluione / totū mare tin
gitur ⁊ in colore minij cōmutatur. vnde ab il
la infectione mare superioris egypti rubrum
appellatur. ⁊ in illis terrevenis rubre gemme
inueniuntur. hoc. s. miniu de terra p̄rio optime
depuratur ⁊ desiccatur tādē inter lapides sub
tilissime emollitur. ⁊ cuius caro oui distēperat
⁊ hic color pictoribus scriptoribus lucrū nō
modicū administrat. nā inde libros ornāt. ca
pitales litteras inde formant. fines ac puncta
pia sententiay ac versuū distinguūt minio ac
q̄ signant. acuitur quādoq̄ succo herbe cuius
dā que coccus appellatur. ⁊ ille color rutilat
quasi ignis. ⁊ ideo ab illo succo cocū appella
tur. ⁊ tali colore plus vtuntur tinctores vestiu
q̄ scriptores. Solebant ⁊ antiqui acuire mi
niū cū sanguine cuiusdā vermis. sicut acuitur
purpura cū sanguine conchile. ⁊ ex tali acumi
ne primitus ab antiquis vemiculis vocabat̄
vt dicit Isid. vbi tractat de coloribus. Est autē
color vehementissime adberentie postq̄ fuerit
materie incorporat. ita q̄ ide vir potent post
deleri. quē si quis pergamento abradere courē
derit vel abluere visus fuerit / vir tantū soluet
aut abradet / qui aliqd̄ vestigiū post inueniet

Color puniceus est color circūdans
colore rubeū. sicut purpureus plus
habens de rubedine q̄ albedine
⁊ nigredine. plus tamē dedinat ad albedinez
q̄ ad nigredinē. purpureus autē ecōuerso qui
affinis ē rubeo / sed magis dedinat ad nigre
dinē q̄ ad albedinē (vt dicit aristo. in. ij. d̄ sō
no ⁊ vigilia) q̄ puniceū per purpureū transit
in nigrū. vnde post rubedinē vicinitatē habet
ad nigredinē. Inueniuntur autē in mari quedā
conchile ad modū panie / que in extremitati
bus p̄cise quasdā emittūt guttas sanguine
as / que recollecte purpureas tingunt / ⁊ colo
res rubeos acuiunt ⁊ intendunt. vnde talis sā
guis in quāitate recolligitur / ⁊ vasis ac cana
libus tinctoz officio apta / ⁊ cū alijs coloribz
reponitur. quibus tingit sericū ex quo tingi
tur pānus purpureus / vnde regis gloriā ostē

Quod. vt. d. grēgo. super cāti. c. vij.
Color viridis generatur actione
calidi i materia mediocri vergēte
tū ad d̄niuz humidū. vt p̄z in folijs fructibus
⁊ herbis. ⁊ iō generabitur color multū habe
de nigredine non tamē p̄tingens totaliter ad
nigredinē. ⁊ admixtioē enī remissi albi ⁊ glau
ci ⁊ intēsi nigri ⁊ in superficie humidū / vindi
tas generatur quādo color agens in materia
non potest adurere humidū nec ad plenuz de
coquere / vt totaliter in nigrum cōuertatur. vt
de vinditas in herbis ⁊ in fructibus / signum
est crudi humoris ⁊ indigesti vt dicit auicē.
⁊ hoc patet quia color viridis in plantis ⁊ in
fructibus mutatur i glaucum autumnū. quia
in folijs ⁊ in herbis est multa materia humi
da ⁊ grossa que per actionem calidi paulatim
consumitur / non tamen omnino destituitur a
calore in materia eleuante / licet frigus domi
netur. ⁊ ideo quedam arbores virescunt in ve
re ⁊ in estate. in hyeme vero vel in autūno pal
lescunt. quia adueniente caliditate vemali p̄
uocatur humor ad exteriora qui tactus colore
fit viridis. sed adueniente frigore reperantur
humor / ⁊ habundat siccitas / ⁊ fit color glau
cus vt dicit cōmen. super libi. aristo. de plant
is in fine. Est itaq̄ color viridis medius iter
rubrum ⁊ nigrum generatus. ⁊ hoc patet per
transitum colore rubeo in melancoliam inna
turalem. colera enī cuius sit rubea transit i me
lancoliam que est nigra mediante colera inna
turali. s. que est eruginosa ⁊ passiuā / que viri
dis inuenitur. ⁊ ideo color viridis maxie dele
ctat visum / propter concursuz partium ignea
rum ⁊ terrestrium. nam luciditas ignea que in
vindi est temperata visuz delectat. obscuritas
etiam terrea siue nigredo cum non sit in extre
mo / mediocriter spiritum visibilem aggregat
⁊ confortat. ⁊ ideo nullus color est ita delecta
bilis visui sicut viroz vt patet in sinaeagdo q̄
oculos sculpentium gemmas ⁊ metalla / ma
xime reparat ⁊ confortat (vt dicit Isido. c. de
lapidibus preciosis) Sunt autem viridia fo
lia plante ⁊ gramina ⁊ cetera terre nascentia
ex dominio partium terrestrium in quibus ra
dicantur tanq̄ in materia / ⁊ ex virtute ignea
tanq̄ ex causa effectiua que dissoluit terrea / ⁊
subliat ⁊ rare facit. ⁊ sic attrahendo earū fu
mos ad extrema tingit herbe superficiem talē
colore non nigro nec rubeo sed vigore. nā ni
gredo tēpat rubedis disgregatiuā claritatē ⁊
claritas incorporata nigredini ipsā reducat ad
mediocitatez. Ex d̄nio igit p̄nū terrestriay ⁊
igneay viridis coloris generat̄. ⁊ quis folia

fructus et gramina virescunt/flores tamen virides raro vel nunquam inveniuntur/ quod accidit propter subtilitatem materie florum in qua si preponderantes partes fuerint aquee et aeree erit color albus. si vero aquee cum igneis prevaluerint erit color glaucus vel pallidus aut citrinus. Si autem prehabuerint ignee partes cum aereis erit color roseus. et si fuerint preponderantes partes aquee cum terrestribus erit color plavus vel violaceus. Si autem eque prevaluerint partes ignee cum terrestribus posset quidem fieri color viridis vel niger. sed tale commixtionem subtilitas materie floris vel rarefactio non admittit ideo flores non virescunt generaliter nec nigrescunt. Est igitur color viridis inter rubedinem medius et nigredinem visum delectans / et ad sui aspectum oculorum attractivus. aciei visus confortativus et reparativus. unde cervi et alia animalia agrestia loca virentia diligunt et frequentant/ non tantum propter pastum/ verum etiam propter visum. et ideo venatores viridibus vestimentis semper se induunt. quia propter aspectum viridis que bestie naturaliter diligunt/ minus venatorum insidias expauescunt ut dicit galienus

Color lividus ex partibus aqueis et terrestribus preponderantibus generatur. nam talis color in rebus habentibus humorem grossum et frigidum generatur ut patet in violis et in plumbago. plumbago tamen naturaliter est alba. quamvis superficialiter sit livida. unde ex eo fit cerusa (ut dicit commentator super iii. meth.) unde color lividus signum est frigiditatis dominantis. quia lividus color in urina signum est extinctionis caloris naturalis/ et mortificationis aialis (sicut dicit egidius) lividitas membrorum aut membrum monstrat humorem mortificatum. Signat enim multas alias passiones (sicut ibi sequitur.) Parvus enurcheus medius/ morbusque caducus. Arthites sinochus venenruptura catarus. Coste pulmonis vicium/ dolor articulans. Consumptiva pituitis est extinctio coloris. Sunt tamen livoris cause etc.

Color igitur lividus est malus in animalis corporibus. nam vel signat dominium frigoris calorem naturale extinguentis/ et naturam mortificare inchoantis vel superabundantiam melancholicis sanguinis colore oculo et cutis superficie viciantis/ vel cordis angustiam calorem sanguinis ad interiora revocantis. ut patet in invidis/ vel dolore causis sive percussione sanguinem intercutaneum corruptis ut patet in fustigatis in quibus humor intercutaneus per maliciam corruptus cuti infert corruptionem et infectionem (ut d. exposito/ supra. c. i. li.

ysa. ibi vulnus livore etc. vel signat spiritum et vigoris naturalis calorem defectionem et depauperationem. ut patet in ydropicis et hemicis et consumptis (ut dicit egidius) Signat etiam dolorem articulare. nam dolor arthriticus propter nervorum sensibilitatem in quibus radicatur magis est dolorosus/ propter quod confluit spiritus et humores ad locum doloris propter quod alii humores remanent minus calidi et minus per consequens colorati. Des autem causas lividitatis enarrare non expedit in presenti opusculo. Sed tangere solum et ad memoriam reducere expedit/ que a maioribus nostris copiosissime sunt tractata. Raro autem memini livorem signare aliquid bonum/ nisi prius viride vel nigrum operatione nature mutetur in lividum. et in lividitate in rubrum sive citrinum. nam tunc signum est quod natura contra morbum victoriam optinet et triumphum (unde egidius) Lividus prius si post rubens videatur. Consurgit cerebri natura vigor reparatur.

Color indicus sive venetus est color blavus lividitate excedens in pulchritudine et virore plus hinc aqritatis et acritatis admixtum cum partibus terrestribus et vinctum quod lividum. et talis color color est celestis propter dominium aeritatis in superficie perspicui materie s. pure et transparentis. ut patet in saphiris orientalibus et iacinctis. talis etiam color reperitur in azurio. sed de hoc quere supra in tractatu de gemmis et lapide lazuli.

Nigredo est privatio albi in perspicuo/ sicut amarum est privatio dulcedinis in humido. unde videtur quod albedo est prima origo colorum/ sicut dulcedo est principium saporum (ut dicit aristoteles in libro de sensu et sensato.) Idem dicit aristoteles libro. xix. color niger non est nisi privatio claritatis. generatur autem nigredo ex luce pauca et obscura in perspicuo obscuro et impuro incorporata. et ideo nigredo est spiritus visibilis aggregativa/ et eiusdem repercutiva/ propter quod ledit visum et hebetat/ quando nimis est intensa ut patet in diu in carceratis/ qui exentes de carcere parum vident. fundantur autem nigredo quandoque in substantia humidam et calidam. quia caliditas dominans denigrat substantiam humidam ut est videre in lignis humidis et exustis quandoque in substantia sicca et frigida/ quia frigiditas dominans substantiam denigrat siccam/ et humidam facit albam (ut dicit avicenna.) unde nigredo quandoque causatur a frigiditate/ et est signum mortificationis. quandoque a caliditate/ et tunc est signum adustionis et ideo nigra urina diversa potest signare et adversa

De coloribus

sicut dicit egidius. quibus. n. signat solutionem quartane / et sic pretendit sanitatem. aliquando signat adustionem et mortem / ut in acuta febre (unde egidius dicit) Nigrior vaine facies icomoda febris. Quartane soluit mortem pretendit et viti. In febre fert mortem / nigra fenda paucula pinguis etc. Sunt autem quidam colores picture operibus congruentes / quorum quidam in venis terre nascuntur. ut sinopsis / rubrica / miniu / auripigmentu / et huiusmodi. quidam arte componuntur.

Sinopsis est color rubeus in ponto primitus adimetus iuxta sinopi ciuitate a qua nomen sic accepit (ut dicit Isid. li. viij.) huiusmodi species tres sunt / prima rubra / et minus rubes / et inter has media. ut. d. idem. rubrica dicitur quia rubra propria coloris sanguineo ut. d. idem. gignitur in plumbis locis / sed optima est a ponto. unde et poetica appellatur.

Sinopi pigmentum est unde fit color pheniceus quo librorum capita scribuntur. et colligitur in litonibus rubri maris in phenico. et hic color inter ficticos reputatur / eo quod fit aliquando ex sinopide et sandice simul mixtus ut dicit Isid.

Minimum est color rubeus cuius materia greca apud ephesum primo inueniunt. In hispania huiusmodi pigmentum pre ceteris regionibus plus habundat ut dicit Isid.

Enobrium quod greci drabanis dicitur a draco et a barro elephante e vocatur. Quicquid dicitur draconum esse sanguinem deum imitant elephantes. nunt. n. bestie et dracones obruunt / quorum fusus quorum terram inficit / fitque pigmentum quicquid solum tingerit. Est autem puluis coloris rubri. ut dicit Isid.

Drasim creta est viridis unde fit color viridis sicut porrum. crescit autem optima in libia cyrenesi (ut. d. Isid.)

Risocana est vena prassini coloris sic dicitur / eo quod cum ea aurum dicitur inueniri. hec in armenia crescit / sed probabilior est quod crescit in macedonia. foditur in metallis eris / cuius inuenio argentum indicat et perdit. nam vene eius cum bis habent naturam societatem. ut dicit Isid.

Sandaracha nascitur in topazion insula maris rubri / et est coloris cinobrii sed odoris sulphurei. Inuenitur autem in metallis aureis et argenteis et est tanto melior quanto ruffior et quanto plus sulphur olet / quamuis et cerusa si in fornace torreatur in sandaracham conuertatur. cuius color

est flammens. quod si torreatur equaliter cum rubrica et sic commixta sandicem reddit. ut. d. Isid.

Auripigmentum dicitur ob colorem aurum colligitur in ponto. aurata materia quod in aureis coloribus transit purius est / et quod graciles habet venas pallidius est / et peius iudicatur. De hoc quere supra in tractatu de venis terre et auripigmento.

Ora nascitur in topazion insula unde et sandaracham. fit tamen quibus ex ocre adusta rubrica mollis / cuius luto circumlinitis que quanto magis in camino arserit melior fit. ut dicit Isid.

Indicum in canis indicis limo infinis inuenitur / spuma adhaeret limo. Est autem coloris pulchri et aerei mixturam purpure et cerulei mirabiliter reddens. Est autem alterum genus in purpurariis officijs spuma innatans / quam confectores detrahunt et desiccant (ut dicit Isid.)

Atramentum dicitur eo quod sic atrum cuius species necessaria est quotidiano vsui picture / et inter ficticos computatur. fit enim ex fuligine multis modis super ardentes tedas. huic pictores cum aqua miscunt glutem ut illustrius resplendet. quidam enim carbones samentorum veterum turos cum glutino addunt. alij feces vini nigri exurunt multis etiam fit alijs modis. ut dicit Isid. cum atramento autem temperatur in caustum et acuitur. habet autem multas virtutes. ut patet in platoe. quere supra de venis terre. li. xv.

Melinus color est candidus. cuius materia inuenitur in melos insula / que est vna de adadibus. et ideo melinus est dicitur. ut dicit Isid. propter nimiam eius pinguedinem pictores eo non vtuntur. ut dicit idem.

Sibium est color ficticius vel factus ex cerusa et quibusdam alijs mixtis cum quo mulieres facies suas sophisticant et colorant.

Cerusa ex vapore fortis acetis tabulas plumbeas super samenta alba locatas perfundentis generatur quere supra de plumbo. eodem modo fit es viride siue calcantum / quod populus viride grecum vocat scilicet ex vapore fortis acetis enas laminas perfundentis. nam ex acetis corrumpitur ens superficies et conuertitur in eruginem / et inde color viridis preceat. valet ad carnem mortuam corrodendam.

Purpurea a puritate lucis est dicta
 quia in his regionibus gignitur eius
 materia. quas solis cursus illumi-
 nat. proprius et illustrat. hic color lacrimis san-
 guineis effluentibus a quibusdam coccis fer-
 ro circūactis acuitur et melioratur (ut dicit Ipsi-
 do. li. xix. in. c. de tincturis.) Sunt et alij colo-
 res multi tam simplices quam compositi quibus uti-
 tur tinctores et pictores / sed iam dicti sunt no-
 biliores. et ideo hinc de eis sufficiat. De his uero
 dicit Plinius. li. xxv. c. xiiij. usque ad. xxxij. et Ipsi-
 do. li. viij. et. xix. Dicuntur autem tinctores panno-
 rum et lanarum ob nitoris gratiam coloratores
 ut dicit Ipsi. li. xix. Pictores uero sunt imagi-
 num rerum et similitudinum picture artificiosus
 pressores. Est autem pictura dicta quasi fictura
 Est etiam imago fictio non ueritas. Sed effi-
 gies dicitur quia a quodam colore ficto est limata / nihil
 habens fidei et ueritatis unde et sunt quedam
 picture que corpora ueritatis studio coloris ex-
 cedunt. et fidei dum augere contendunt / ad menda-
 ciam perueniunt / sicut qui chimeram tricapitem
 pingunt. Picturam autem egyptij primitus adin-
 uenerunt / umbra hominis lineis circumducta / dein-
 de simplicibus coloribus et post diuersis / sic
 quod paulatim ars ipsa se distinxit / et inuenit lu-
 men et differentias colorum ac umbras. Unde
 et nunc pictores prius quasdam lineas et um-
 bras future imaginis ducunt. Deinde coloribus
 complent / inueniente artis ordinem adhuc se-
 quentes ut dicit Ipsi. li. xix. in. c. de picturis.

De Odoribus.

Questio est colo-
 res de odoribus est di-
 cendum. odor itaque est
 fumosus vapor a sub-
 stantia rei resolutus /
 qui mediante aere ad
 cerebrum attractus est
 sensus olfactus immutatus. nam odor im-
 mutat olfactum / quemadmodum color uisum
 vel sonus auditum / vel quemadmodum sa-
 por gustum. proprium enim sensuum est a su-
 is sensatis et obiectis propriis immutari et de-
 lectari in eis ac perfici si fuerint mediis / contra-
 riter uero et destrui si extremi (ut dicitur in libro 8
 sensu et scilicet) Est itaque odor rei proprietatis se-
 su fumo medio perceptibilis. Ad hoc autem
 quod odor perficiatur et informetur in organo / se-
 sus quatuor ad minus requiruntur / scilicet ca-
 liditas resoluens / materie subtilitas actioni
 coloris resoluens obediens / aerea puritas
 deferens / nerui uel cerebri conformitas vapo-
 rem resolutum sensu nature percipiendo admit-
 tens uel abhorrens. Calor igitur resoluens fu-
 mosos vapores causa odoris est efficiens.
 vapor resolutus est materia obediens. quali-
 tas uero fumi resoluti aeri deferenti se incorpo-
 rat. et in suam similitudinem ipsum alterat et i-
 format. informat uero aer qualitate fumi ner-
 uo odorabili subito se applicat / et sibi incorpo-
 ra fumi uaporis similitudinem representat.
 cuius complexionem si similis fuerit miro modo
 cerebrum recreat et delectat. si uero e contrario
 inficit et contristat. et ideo aromatica que pro-
 portionem complexionalem habent et armoni-
 acam cum natura ipsam reparant atque iuuant
 fetida uero ex causa contraria aggrauant et mo-
 lestant. Calor itaque resoluens odorem efficit /
 et e contrario frigus constringens odorem im-
 pedit et prescindit. quia mouendo ad centrum
 subtile substantie vapores per aera se diffun-
 dere non permittit. propter quod nec sterquilini-
 na fetent in tempore hyemali sed potius esti-
 uali. Similiter substantie uarietas seu subti-
 litas obediens de facili calori resoluenti odo-
 rem causat. e contra uero grossities materie odo-
 ris diffusioni obuiat et repugnat. ut patet in la-
 pide cuius naturalis compactio et frigiditas
 sunt in causa. quia neque redolet neque fetet. ut
 dicit auicenna. Tertio aeris consistentia confert
 sensibiliter ad odorem. nam si rarus fuerit et
 subtilis / de facili siquidem odoris materiam

De odoribus

sez fumū vaporabile recipit. sed ppter ei? eue-
rationē r rarefactibilitatē pmanere in se eius
redolentiā longo tpe nō permittit. econtrario
vero si densus fuerit aer r ppressus. vapores
siquidē r bonos r malos tardius recipit/ sed
post eoz ipressionē ipos euaporare ita de fa-
ali nō pmittit. vt dicit idē. Quarto organi q̄/
litas seu dispositio ad odoris iudiciū potissi-
me operat. Si vero fuerit nervus sensibilis i
quo p̄cipitur olfactus vel male cōplexionat?
vel lesus casu aliquo seu corruptis humorib?
opilatur vel oīno puentis vel oīno subtrahitur
iudiciū odoratus. Primū p̄ in melancolicis
r alijs male cōplexionatis qui loca fetida di-
ligūt. odorifera vero r aromatica fugiūt. Se-
cundū aut p̄ in mutatis qui nervos sensibi-
les r odorabiles habēt lesos. r iō odores nō
sentiunt. Tertū aut manifestū ē in poliposis
r leprosis qui naribus a viciosis humoribus
opilatis inter odorifera r fetida vix discernūt.
ffumus igitur a rei substantia resolutus mate-
ria est odoris. vnde scdm varietatē fumū odo-
rū differētia varatur. Distinguit aut ysa. i die-
tres spēs fumi. Est. n. fumus quietus r quasi
nullius motus in aere vt fumus a lapide reso-
lutus qui eius cōplexionē nō dedarat positi-
ue/ sed p̄ p̄nationē odoris r absentia ipm ha-
bere substantiā grossam r frigidā manifestat.
Est r alius fumus habens velocē motū in ae-
re. r hoc accidit ex calore resoluēte substantiā
que si fuerit valde pura r defecata/ erit odor
valde aromaticus r suavis. vt patet in mirra
r in musco r in ambra. Si vero fuerit substā-
tia impura multis scabibus itermixta erit odor
malus r nature horribilis. Et hic odor divi-
ditur dupliciter. in grauē. s. in ferentē r grauis
odor est ex calore adbu naturaliter se habēte
in aliquo r iam corrumpi incipiente. vt patet
in piscibus diu reseruatīs sine sale. Est tertio
fumus mediocris a calore mediocriter reso-
lutus. r ille vel est a pura substantia vel im-
ipura. Si ex pura erit mediocriter aromatic?
vt patet in pomis violis r rosis. Si aut fue-
rit ex substantia impura/ partiz erit fetidus. vt
p̄ i aloe r absinthio r sulphure r c. cā itaqz
aromaticitas a calore partes subtiliores r pu-
niores resoluēte r aere ipaz fumos ad cerebz
deferēte/ sicut fetor vel grauitas ex calore par-
tes grossiores r corruptiores a rei substantia
dissolvente effectiue generat. vnde p̄ isto effe-
ctu ex actiōe caloris cōsequente oē aromaticū
calidū ab auctoribus solet dici. Multa enim
sunt substantialiter frigida. vt ē videre in ace-
to/ camphora/ r in rosa. que tamen sentiuntur

aromatica. r hoc fit ppter substantie eoz puri-
tatē. cuius partes subtiliores resoluūtur r dif-
fūduntur in aere per calorē. Sunt aut due odo-
rū extremitates aromatic?. s. r fetid?. iter quos
r si iueniatur odor recte medius r equedistās
ab extremis scdm rōnē scdm intellectū/ nequa-
q̄ tamen actualiter p̄cipit scdm sensū (vñ di-
cit ysa. in dieta) odoratus nō percipit medio-
cres odores/ sicut nec pisces percipiunt medi-
os colores. carent. n. pisces palpebris ppter
quod spiritus visibilis cōtinue disp̄gitur. vñ
n̄ sufficit ad mediū coloris p̄ceptionē. De odo-
ratu quoqz eadē ē ratio. vt dicit idē. nares eni
patule sunt r continue disp̄gitur sp̄s odora-
bilis/ ppter quod debilioz efficit odoratus. r
iō medios odores minus capit. nec ē grauis
odor recte medius inter aromaticū r ferentem
qz grauis sub fetido cōtinetur r nō differt ab
eo nisi q̄ magis remissus ē r fetidus aplioz ē
r magis intensus. sub eadē igit specie p̄tinen-
tur/ sicut albedo intensa r remissa. r iō si duo
odores extremi. s. fetidus r aromaticus i eqli-
portione pariter misceantur/ nō fiet vnus me-
dius odor r equedistans in mixto scdm sensū
vnde aromaticū p̄mo p̄cipit sensus olfact?
q̄ fetidū/ qz in aromatico delectatur r fetidū re-
fugit r abominatur. Et quo p̄ q̄ nō efficit
odor vnus medi? de extremis/ p̄ceptibilis se-
cūdu sensuz (vt dicit ysa.) Quod aut bonus
odor citius penetret ad sp̄m aiatū q̄ malus.
p̄ qz substantia boni odoris virtutē caloris
naturalis in se cōtinet qui grossiā eius mun-
dificat r subtiliat/ vt leuitate sui dissoluta fla-
tu aeris valeat an? ad cerebrū p̄transire. Alia
vero odor nō sic. qz i ei? subiecto actio na-
ture iā deficit. vnde supfluitas eius grossa in
eo remanet coagulata. r iō difficilius p̄t cuz
fumo dissolui. nec ita cito penetrat ad spiritū
odorabile qui in p̄fundo cerebz v̄triculo la-
tirat. vnde spiritualis r subtilis fumus citius
p̄forat q̄ grossus r terrestris.

Arca effectū aut odorū diuerse fue-
runt positiones dicebāt. n. antiqui
rez naturas r substantias ita co-
gnosci odore simpliciter quēadmodū sapore.
Dixerunt enī res acetosās odore p̄prehēdi/ si-
militer r acutas. r fallebātur. id. n. odoratu
attribuebāt quod erat tactus. nullus. n. ē sen-
sus cui tactus nō sit annexus. r iō morsuras r
pūcturas nō p̄cipit odoratus s; potius tactus
qui organo odorādi ē admixtus vel annexus
sicut oculus clausus sentit morsurā collinij nō
visu sed tactu. Alij vero asserēbāt nullā rerum
notitiā posse haberi p̄ odores. vedentes enīz
E

quasdam res frigiditas esse odoriferas ut rosas / quasdam vero calidas nullius esse odoris ut piper / putauerunt res non posse dignosci aliquantulum per odores. sed hi fallabantur. bonus namque odor fit simpliciter vel ex calore totali vel partiali. Nam rerum alie sunt simplicis substantie / alie composite. Si res simplicis est substantie et est odorifera / odor ille fit ex odore totali / quia tota rei substantia est calida. ut patet in musto. Si vero composite est substantie et est odorifera odor ille fit ex calore partiali id est ex calore quarundam partium. nam quedam sunt ibi partes calide. scilicet ignee que diffuse per superficiem tuborem inducunt et odorem. unde si rose ponantur in aqua calida ignee partes resoluntur et rubeus color perit cum odore. Sed alij sunt quorum sententia approbatur qui dicunt rerum substantias agnoscere per odores minus tamen quam per sapes. nam ad linguam diriguntur sex laetitia / quibus multum transfunditur de spiritu animali quo perfecte res gustata potest comprehendere. sed ad instrumentum odoratus non venit nisi vnus laetitia tantum per quem parum de spiritu descendit / qui non ita perfecte naturam potest comprehendere. Preterea a re odoranda non resoluitur / nisi quedam subtilis fumositas que admixta aeri cum ipso ad organum odoratum attrahitur. unde et spiritus per fumositatem illam rerum naturas non discernit ita bene. sed ad instrumentum gustus / tota res gustanda intus et extra gustui substantialiter applicatur. et ideo de re verius indicatur per sapes quam per odorem. Recollige itaque ex predictis quod odor est rei proprietatis siue qualitas perceptibilis odoratum. (ut dicit ysa.) nam a re odorabili resoluitur quedam fumus per calorem qui tanquam quedam spiritualitas admixtus aeri ipsum inficit et immutat / et spiritus animalis ibi existens inter nares in quibusdam carniculis ad modum vberum mamillarum ibi dependentibus ab eodem fumo immutatur / qui immutatus recurrit ad cerebrum et representat talem anime immutationem. Est itaque odor sui obiecti manifestatiuus aeris per incorporationem sui manifestatiuus spiritus animalis immutatiuus / sui ipsius per aeris diffusiuus / ad interiora cerebri per flatum aeris vel attractum penetratiuus / suo calore humoris consumptiuus / et fluxus nocui restrictiuus / sua puritate spirituum reparatiuus / virtute sua debilitatis cordis confortatiuus / aeris in suam similitudinem conuersiuus. fetoris repercussiuus / et putredinis palliatiuus. delectationis in sensu animalium sicut et bo-

minum causatiuus. nam pisces diligunt aromatica et fugiunt fetida. Similiter et apes (ut dicit ansto.) sic et formice sulphuris odore effugantur sola venenosa aromatica detestantur unde serpentes odorem rube abhorrent. botracces vinee florentis redolentiam non sustinent.

Fetor est ex re corrupta vapor resolutus aerem inficiens contristans spiritum animalium et corrupens nam sicut odor aromaticus odoratum reficit et delectat / sic fetidus spiritum odorabilem inficit et contristat. nam ut dicit ysa. fumus a re male complexionis resolutus aminato vel animalis spiritui est inconueniens. nam nisi subiecto fetidi odoris multa sunt humores corrupti eo quod naturales experient qualitates. et ideo complexionis humani corporis repugnant unde odoris horribilitas ostendit sue substantie corruptionem / que contingit aut propter innaturalem calorem / aut propter corruptam humiditatem / nam quando calor innaturalis humorum facit ebullitionem causa est putredinis et fetoris. horum nutrimenta corruptam et pessimam putredinem in stomacho generant / ex qua resoluitur pessima fumositas que caput grauat. quando vero sola corruptio humiditatis est in causa tunc odor non fetens sed grauis generatur. et omnia calida talia propter odoris grauitatem mali sunt nutrimenta / minoris tamen sunt nocimenti quam que fetide sunt putredinis (ut dicit galie) et hoc est videre in piscibus recentibus / qui diu retinent naturalem calorem odorem grauem habent. ablato autem naturali calore efficiuntur iam fetentes. quando vero pisces decoquuntur per superflue consumptionem et corrupte humiditatis per calorem grauitas odoris tollitur / et sic eorum substantia per decoctionem non solum in odore melior efficitur / verum etiam in sapore. Fetor igitur est corruptionis nature prestantiuus. defectus caloris naturalis ostensiuus. aeris infectiuus animalis spiritus corruptiuus / vomitus et nausae puocatiuus. doloris capitis generatiuus. totius complexionis distemperatiuus hororis et tristitie sensibus animalium induciuus. et ideo fugiunt pisces sportulas fetidas et antiquas. recentes vero subintrant atque nouas (ut dicit ansto. similiter apes abhorrent fetidum omne. ut dicit idem. ideo vulpes cuius finis est valde fetidus / foueam taxii subintrat et eam defodans per fetorem de foueatarum fugit (ut dicit pli.) et sic ipsum superat per fetorem que vincere non poterat per virtutem.

De saporibus

Est etiam fetor spirituum et nervorum infectiuus et a naturali consistentia in innaturalem alteratiuus. ut patet in leprosis / quorum anbelitus fetidus sanos inficit et corrumpit. Est etiam fetor fetus animalium in utero extractiuus (unde dicit aristoteles) quod equa si sentit fetorem candele extincte faciet abortiuum. potest autem fetor sic intendi quod erit mortis subite causatiuus nam quedam spes est serpentis cuius fetor subito interficit rem odorantem sicut basiliscus visu interficit se videntem (ut dicit auicenna) tamen accidentaliter aliquando fetor iuuat. nam quedam sunt fetida medicamina ut aloë / callinum / et sulphur / et assa fetida et huiusmodi. que in multis causis conueniunt medicine. nam odoris sui grauitate humores putridos siue putredini et fetori dispositos / ratione similitudinis attrahunt et attractos expellunt. nam natura abhorrens fetorem per medicine fetore presentiam irritatur contra ipsam. et ideo recolligit se totam / ut contra suam dimicet inimicam. fetor itaque. idest fetida medicina occasio naturaliter est expulsio fetidorum / et dum vnus fetidum assumitur / aliud fetidum pariter cum ipso remouetur. Similiter fetor lane vste vel filii combusti seu cornu capri erusti naribus salubriter apponuntur. ut sapor litargicus excitet (ut dicit constantinus). nam spiritus abhorrentes fetorem fugiunt ad interiora cerebri vbi est causa morbi / ex quorum concursu iuuatur natura contra morbum. et ideo facilius digerit et dissoluit materiam apostematam / que causa fuit flegmatica sono lentie et soporis (ut dicit idem) eodem modo in causa matricis quam nimis eleuatur comprimendo spiritus alia et fetida naribus et aromatica partibus inferioribus vtiliter adhibetur. nam natura fugiens fetorem recurret ad matricem / et sentiendo odorem inferius illuc tendit. et sic matricem ad locum debite secum ducit. quauis etiam odor odori non contrariet. aliquis tamen fetor alicui fetori contrariatur et ideo fetor sterquilini ex fetore alij effugatur. vbi etiam omnes fetores vnus minime sentit / quoniam fetor ab alio absorber. De rebus autem odoriferis que supra in tractatu. xvij. de herbis et speciebus et plantis.

De saporibus.

Sapor autem est sensitiuum gustus. sicut. n. color est obiectum visus sic sapor est rei proprietas iudicio anime se offerens per viam gustus sapor itaque est rei proprietas solo gustu perceptibilis. bec

aut dico in principio. quod alio modo iudicant de saporibus et saporum principijs philosophi et alio modo medici. sed de illa murmuratione questionum nihil ad propositum / quia illas solas saporum diuersas et operationes et causas quas hic inquirimus per scripturas conueniunt ad eliciendum ex saporum proprietatibus aliquos mysticos intellectus. unde ad presens de alijs non curamus.

Est igitur sapor proprium obiectum gustus / de cuius presentia sensus in organo gustabili delectatur vel tristatur. et sunt secundum ysa. in dieta. saporum octo diuersitatis. scilicet. dulcis / vinctuosus / salus / amarus / acutus / acetosus / ponticus / stipticus. additur etiam his insipidus sic sunt nonne. sed abusive dicitur sapor quia sapore caret. pertinent autem quinque ad caliditatem et calidam complexionem. scilicet. dulcis / vinctuosus / salus / amarus / acutus / relique frigide sunt complexionis. scilicet. ponticus / stipticus / acetosus / et insipidus. Duo autem sunt que faciunt saporum. scilicet. complexio et substantia. et substantia est triplex. scilicet. grossa / subtilis / et mediocrius. Complexio itaque calida et humida in secundo gradu cum grossa substantia facit saporum dulcem. calida vero et humida in fine secundi gradus cum subtili substantia facit vinctuosum et dicitur vinctuosum subtile quantum ad transitum quia facile transit in fumum. hinc autem actualiter grossitudo ratione cuius est opilatiuum. sed potentiale hinc subtilitatem in substantia ratione cuius est velociter transitiuum. Complexio autem calida et sicca in fine secundi gradus cum mediocri substantia facit salum. Calidum et siccum in tertio gradu cum grossa substantia facit amarum. sed complexio calida et sicca in quarto gradu cum subtili substantia facit acutum. et ita super caliditatem fundantur quinque saporum. frigida autem et sicca complexio in tertio gradu cum grossa substantia facit ponticum / qualis est in fructibus imaturis. frigida quoque et sicca in secundo gradu cum mediocri substantia facit saporum stipticum / qualis est in rosas et in coctanis maturis frigida autem et sicca in secundo gradu cum subtili substantia facit saporum acetosum frigida vero complexio et humida in primo gradu cum mediocri substantia facit saporum insipidum / qualis est in albugine oui. patet igitur quod tres saporum sunt testimonia subtilis substantie scilicet acutus / vinctuosus / et acetosus. et sunt tres saporum testimonia grosse substantie. scilicet. ponticus / amarus / et dulcis. Similiter sunt tres saporum testimonia substantie mediocres stipticus / salus / et insipidus.

Dicitur itaque sapor generatur ex temperata caliditate et grossa substantia

unde et dulcedo lingue apposta moderate a-
pent/moderate calefacit/moderate humectat
unde grossicies substantie moderate subintrās
poros apertos ibi diu manet. et ideo anima
in tali temperantia gaudet. unde plus dele-
ctatur natura in dulcedine q̄ in alijs saporibus.
preterea nulla res ita ē temperata et affinis
humane complexionis equali sicut dulcedo. et
ideo humana complexio/que est vicina tem-
perantie equali in dulcedine sibi simili delectat̄.

Ad dulcem autem saporem faci-
endum quatuor conueniunt ele-
menta/non tamen equali propor-
tione. Ignis enim et aer superabundant. unde
ex igne calor et ex aere humor innascitur/ que
duo scilicet calor et humor necessaria sunt ad cu-
iuslibet rei generationem. calor autem tempus
agens in humores ipsum calefacit dissol-
uit et depurat. ab humore tenestri et substan-
tia mollificat. unde partes ignee et aeree aug-
mentantur/ et humiditas inspissatur et sic gros-
sa substantia in qua fundat̄ dulcis sapor ge-
neratur. unde dulcis sapor quando caret om-
ni macula acuminis omnibus saporibus suauis
est (ut dicit ysa) quia eius natura sanguini est
vicina. et ideo letificat et mundificat/ nocumē-
tum gustus humectat tempore sine labore na-
ture. Est autem dulcedo aliquando pura qua-
tuor qualitatum mediocriter cōtētiua. ut patet
in zuchara. aliquando est viscositate et grossi-
cici admixta. ut patet in dactylis. aliquando
acumini coniuncta. ut in melle. prima dulce-
do maxime conueniens est nature/ sed aliqua-
do accidentaliter nocet nature/ quando scilicet
natura plus recipit q̄ digerere possit. et tunc so-
let esse causa alicuius opilationis. quia dulcium
superfluitas in poris venarum inuiscat. Dul-
cia itaque mollificant membra. lauant/colant/
et mundificant. parum naturaliter nutriunt/
accidentaliter autem multum. Mollificant quod-
dem quia humiditas materiam mollem reddit
caliditas tempore dissoluit. unde materia que
prius erat spissa modo mollificata dissoluta
abstrahitur et mundificatur. Nutriunt autem parum
naturaliter/ quia dulcia sunt grossa in substantia
et sua grossicie poros penetrare non possunt/ et
ora venarum opilant et cito faciunt. accidentaliter
tamen multum nutriunt. quia dulcia humane na-
ture siue complexionis sunt similia et amica. et
ideo in magna quantitate assumuntur. et quia
grossa sunt in substantia/ calor agens in ea mul-
tum sanguinem generat. et ille sanguis multum
nutrit. dulcedo vero quia viscositate est ad mixta

multum quidem nutrit/ sed multa tamen nocu-
menta accidentaliter generat et inducit (ut di-
cit ysa) quia talis dulcedo opilationem generat
et preterea putredini de facili appropinquat.
inflationem et rugitum generat. febrem inter-
polatam facile commouet et suscitatur/ et colicam
inflationem commouet vel augmetat. Est igitur dul-
cedo pura et per alicuius rei admixtionem non
infecta inter saporum differentias sensus marie
delectatiua et nature amica/ et ideo ei potissime
assimilatiua. de preditorum in corpore faci-
lius repantua virtutum et spirituum debiliu ma-
xime confortatiua/ omnium membrorum precipue
nutriua. Dicit enim ysa. proprius nutritiui sa-
por dulcedo est si sua substantia aliqua habu-
erit viscositatem. stabilis enim est in membris/
unde non de facili est vel potest esse in membris
dissolutionis receptiua. nec nutriunt aliqua
que dulcedini non sunt mixta. unde et saporibus
dulcedini contrarij propter contrarietatem quam ha-
bent in humanam complexionem/ parui aut nul-
lius sunt penitus nutritiui ex commixtione ta-
men saporum inter se contrariorum vnus bonus
sapor medius generatur/ in quo latitat dulce-
do cuius ratione ille sapor medius nature que-
rens est et corporis nutritiuus. ut patet in sal-
samentis et etiam in pigmentis in quibus con-
traria recipiunt. unde patet quod dulcedo omnium
saporum delectabiliu est origo sicut albedo
omnium coloru est principiu (ut dicitur in libro de
senso et sensato ubi dicitur) nigredo est priua-
tio albi in perspicuo. sicut amaritudo est pri-
uatio dulcedinis in humido. Dulcedo adhuc
est spiritualium membrorum amica. quia ipsorum
est lenitius et omnis asperitatis mitigatiua/
clarificatiua vocis/ et articularum ab omni su-
perfluo purgatiua. canalium pulmonis et me-
atum pectoris aperitiua. et omnium immun-
diciarum mulegule et gutturis abstergiua. catarrhi
et humoris superflui circa spiritualia dissolutiua
et omnium organorum vitalis spiritus ad de-
bitam consistentiam reductiua. omnis tumoris
squintantia repressiua. et suffocantis humiditatis in
membris spiritualibus consumptiua. Sunt au-
tem quedam dulcia que occasionaliter multo-
rum malorum sunt corpori illatiua. Sunt enim
vinctuositatis et inflationis generatiua. Non enim
maior est ex calore dulcis resolutio quam sit humiditatis re-
solutio in corpore vel saltem presumptio. necesse est ibi
fieri multi vaporis fumosi generatio et sic loca
ex vapore defectio/ et per consequens inflatio do-
lor et gurgulatio. Item ex eadem causa dulcia sunt ap-
petitus debilitatiua. quia substantie siue grossi-
cicie cito sunt vacui stomachi repletiua et meatuum

De saporibus

opilatiua. Item colere rubee augmentatiua. nā cum sint calida. calidi humoris sunt excitatiua. et ideo obsunt illis qui ex causa calida et intensa patiuntur. Item putredinis et corruptionis sunt inductiua. quando enim superabundans calor superabundantem humiditatem dissoluit et consumere totum vel digerere non sufficit. corruptam materiam derelinquit. Item splenis renum et epatis sunt opilatiua. et hoc accidit quia in sua grossicie substantiali subtiles poros illarum regionū obstruant. vel quia partes ille ratione dulcis plū desiderant quā digerant vel consumant. et ideo ex superfluo humore attracto et non digesto nec alias euacuato ille partes merito opilantur. Item dulcia ratione predicta sunt calali generatiua tam in renibus quā in vesica. nam quando ille partes ratione dulcedinis sibi attrahunt humores consimiles que subtiliora sunt. vel cum vrina educuntur. vel vi caloris consumuntur. vnde quando plus attrahitur quā nature conueniat opretur vel vi nature quod est superfluum expellatur. vel quod grossius est ibi remaneat. et reliquato humore calore. deficiente induratur et pcedente tempore paulatim purificatur. et in duriciem lapidis commutatur. (vt expresse dicit ysa.) Idem etiam de causis matricis decurrit. Ex predictis patet quod aliqua dulcia nature sunt vtilia. alia vero sunt et videntur esse dulcia. et tamen sunt mortifera et nocua.

Sapor vinctuosus generatur ex calido et humido in subtili substantia. et ideo vinctuositas appositae lingue magis aperit et dissoluit et subtilis substantia magis subintrat. et quia caliditas eius panem remouetur a temperamento. aia ipsius dulcedinem potest suscipere et in ea maxime cogaudere. Ad vinctuosum autem saporē perficiendum plus de igne quā de alijs elementis conuenit et post de aere. Maior igitur actio caloris in humidum agens magis dissoluit et depurat. vnde aquose partes et terrestres minorantur. et ignee cum aereis augmentantur et inde sapor gignitur vinctuosus. Sunt autē vinctuosa cibaria appetitus debilitatiua. et fastidij inductiua. quia accepta in stomacho resoluntur in fumositatem cum aeree sint substantie que petit superiora et replendo os stomachi inducit fastidium et diminuunt appetitum. Item vinctuosa sunt superenatiua leuitate enim sua eleuantur ad superiora cum valde sint fumosa. Item digestionis sunt impeditiua. quia vinctuositate sua. villos stomachi replent et le-

niunt. vnde cibi assumpti cum non possint decoqui crudi et indigesti emittuntur. vinctuositate enim sua inuiscent cibos et lubrificat. et ideo emittuntur antequam digerantur. Item pax sunt nutritiua quia hora venarū cito replēt et pax de eis assumitur. quod assumitur propter sue substantie subtilitatem cito consumitur. Item caloris sunt inflammatiua. Ignis. n. non nutritur nisi aere mediante vinctuosa vero cito in aereā substantiam transeunt. vnde illa vinctuosa que habent maiorem aquositate minus pertinent ad naturam aenis et minus bene nutriunt ignem. vt patet in anrungia. alias funungia porina que minus nutrit ignem quā ouina. quia minus habet acritatis in sua compositione et plus aquositate quā ouina. Item febrilis caloris sunt nutritiua. et ideo carnes prohibentur in febre acuta. quia timetur vinctuositas intermita qua calor febrilis irritatur vel nutritur. Item splenis et epatis sunt opilatiua propter sui grossicie actualē. nam propter suam dulcedinem cito attrahuntur et sua grossicie poris de facili opilantur. Item doloris capitis sunt excitatiua. nam ex fumo multitudine repletur caput et miringi cerebri distenduntur. Item membrorum spiritualium sunt lenitiua. vt patet in butyro. tamen quedam vinctuosa nocent pectori propter annexam siccitatem. vt oleum nucum. quia talia non habent puram vinctuositatem. Item dolorum exteriorum sunt mitigatiua et duricie remolliatiua. apostemati maturatiua. humiditate. n. sua sanie generat. quia per ea plus dissoluitur quā consumatur ex calore. n. debili et humiditate multa fit sanies et corruptio.

Salsus sapor fit ex caliditate et siccitate in substantia mediocri vnde caliditas cum siccitate cum sit remota a temperantia multos aperit poros. quia siccitas iuncta calori magis laxat. Iuncta vero frigiditas magis constringit. et ideo eius substantia magis subintrat poros. et quia magna fit disgregatio partium et multa substantie subintratio aia in ipsius presentia non gaudet imo potius ipsi horret. Ad salum autem saporē quatuor conueniunt elementa. quadam tamen proportione non equali. Dicitur. n. ignis et terra mediocriter tamen ex moderato igne fit moderatus calor et ex moderata terra fit moderata siccitas. ex moderato autem calore moderata fit ebullitio et ex hoc humiditatis. vnde aquose et aeree partes dissoluntur in igneas mediocriter et ex moderata siccitate moderata substantia deficcatur. et ita remanet substantia mediocri. vnde salus sapor hinc fieri ex moderato dominio caliditatis et siccitatis in substantia mediocri. Sunt autem salsa mundificatiua

quia sumpta interius calore suo et siccitate humiditatem dissolvunt. Salsedine. n. et vitrositate sua stomachum et intestina mordificant/ que mordicata moventur ut dissoluta humiditas emittatur/ et sic fit mundificatio. Item dure carnis sunt mollificativa. nam sua caliditate et siccitate superflua humiditatem compactam resolvunt et relaxant/ et sic mollificant. Item substantie molles sunt indurativa. nam sua caliditate et siccitate superflua humiditatem consumunt. et sic partes plus aereas compingunt. Item substantie res sunt depurativa. nam salsa in quantum huiusmodi quantum dissolvunt tantum consumunt. et ideo putredo aliquo casu generata/ calore et siccitatis salsedinis consumitur. et annihilatur. habet in super salsedo multum terrestretatis. ut dicitur in dicta. rone cuius comes indurat et minus reddit aptas corruptioni. ut dicit ibidem. Item scabiei et exteriores superfluitatis corporis et cutis sunt ablativa et hoc presumendo humores superfluos tam superficiales quam intercutaneos et cure a superfluis abstergendo. Item tumoris ydropici sunt repressiva et hoc ex rone supradicta. quia desiccant et consumunt omnia in talibus locis aggregata. Item morsus canis rabidi et aliorum venenosorum sunt curativa. et totius venenositatis extractiva. unde potest cito iuvare talia vulnera in aqua salsa quia malitiam extrahit et venenum. ut dicit idem. Item caro multum salsa ad recuperandum optime reuocatur si aqua salsa ponatur. nec salsedo a talibus melius extrahitur quam ex earum massa prius aliquo tempore in salsa aqua temperetur. et hoc puto accidere ratione similitudinis cum aqua salsa que ratione coloris accidentalis in ipsa dominantis attrahit sibi simile quod invenit in substantia carnis salse. Item sal in igne induratur/ in aqua vero dissolvitur. et annihilatur. nec mirum si congelatio et induratio facta est per siccitatem ut salis dissolutio fiat per humiditatem. sicut patet in sepo in quo fit induratio et congelatio per frigiditatem. mirum non est si fiat resolutio per caliditatem. De his quere supra in libro. xv. de venis terre in capitulo. de sale.

Sapor amarus fit ex caliditate in tercio gradu et siccitate in secundo gradu in grossa substantia. Unde caliditas cum siccitate multum subintrant mutam disungit. unde instrumentum leditur et fit sapor amarus abominabilis gustui et contrarius/ ad cuius compositionem quatuor elementa conveniunt proportione quadam

sed magis ibi ignis et terra dominantur licet plus est ibi de igne quam de terra. unde de maioris dominio caloris magna fit ebullitio. unde aquee et aeree partes magis dissolvuntur ut igneas. et terrestres condensantur. sed quia mediocre est dominium siccitatis non attenuat. et ita substantia remanet grossa in qua ex actione caloris et siccitatis fundatur amaritudo. omnia autem amara contristant gustum magis quam aliqua alia que habent simplicem saporem. quia maiorem faciunt continuitatis solutionem in lingua licet autem amare habeant minorem caliditatem quam acuta maiorem tamen faciunt solutionem continuitatis propter sue substantie grossitatem que se interponit et comprimendo maiorem efficit lesionem. Item amara sunt colere purgativa. vel quia colere sunt similia in complexionem. vel quia colera cum sit porosa permittit amara suos poros subintrare et dividendo partes a partibus eam faciunt fluxibilem et coleram liquefactam sic educunt. Item amara sunt appetitus excitativa quia coleram educunt que tanquam reilevis solet colligi circa orificium stomachi et appetitum debilitare. Ad hoc etiam facit amarorum grossitudo quia comprimit cibaria in fundum stomachi/ sicut dulcia eleuant abum superius. Item amara splenis et epatis sunt eropilativa. nam calore suo poros aperiunt et humores dissolvunt et grossitatem suam comprimendo humores resolutos educunt. Item amara sunt contraria vermibus et lumbricorum interfectiva. nec mirum quia vermes illi de flegmate corrupto accidunt. de flegmateque vivunt et ideo colerica et amara eis adversantur. quia colera flegmati contrariatur. Item spiritalibus membris nociva/ et tam per asperitatem substantie quam per intensam siccitatem eorumdem sunt exasperativa. Item amara sunt exterioribus conservativa. Si enim distemperent cum aliquo liquido habent illa tria que sunt necessaria ad conservationem. tantum enim consumunt quantum dissolvunt. et subintrant in profundum acimine et calore suo. grossam etiam habent substantiam ex qua remedeant et faciunt eam minus passibilem. Item frigide arterie et paralisis sunt curativa dissolvendo materiam et consumendo. Item frigide scabiei sunt desiccativa. Item meatum renum et vesice sunt aperitiva/ et calculi dissolutiva/ matricis confortativa et menstrualis superfluitatis provocativa et educitiva/ et ad multa alia sunt magis necessaria quam dulcia quantumvis gustui sint nociva.

De saporibus

Sapor acutus fit ex caliditate et siccitate existente in quanto gradu cuius suba subtilivnde fit poroz nimia aperiatio et partium segregatio. et quia sua stantia eius est subtilis multum penetrat et subintrat. Unde organum gustus suo acumine incidit. ad cuius perfectionem quatuor elementa concurrunt / sed non equaliter. quia plus concumit de igne et de terra quam de alijs. et ideo propter dominium ignis acuta sunt valde calida et a terra valde sicca. Ex maximo autem dominio caloris maxima fit ebullitio et resolutio aerarum partium et aquearum in igneas. unde et ignee partes acutuntur / et ex nimia siccitate suba desiccatur / attenuatur / et subtiliatur. et ita fit acutus sapor ex magno dominio calidi et sicci in suba tenui et subtili. Sunt autem acuta corrosiva quia valde sunt calida et sicca / et fit dissolutio magna et substantia subtilis et acuta subintrans / partes a partibus disgregat et ita fit corrosio. Item acuta sunt incisiva et dissolutiva / quia et qualitate et suba dissolvunt et seperant partes a parte et profunde intrant. et ideo dissolvunt et incidunt Item virtutis appetitive sunt confortativa quia membrorum consumunt supfluitatem. unde poris inanitis fit ratione vacui appetitis. mordificat etiam nervos sensibiles et pungunt acumine suo et sic pungendo excitant appetitum. Item parum sunt nutritiva. quia ex nimia caliditate et siccitate ponus fit adustio quam digestio. et ideo dant modicum nutrimentum. Preterea subtilis sunt substantie. et ideo de facili consumuntur / et a membrorum cito dilabuntur. Insuper nature sunt contrariae ex sua complexione. et ideo quia abhorribilia sunt non appetit ea natura / sed ponus abhorret et repellit.

Sapor acetosus fit ex frigiditate et siccitate existente in secundo gradu cuius suba subtili. unde acetosus lingue appositi qualitatibus constringit subam penetrat. et ita ex duabus partibus actionibus fit sapor acetosus. ad cuius completionem quatuor elementa conveniunt quadam proportione sed non equali. Est autem ibi dominium aque et terre moderate et ex mediocri dominio aque est ibi frigiditas mediocris / et ex mediocri dominio terre mediocris siccitas generatur. ex frigiditate autem reprimuntur calor qui repressus modicam facit ebullitionem. unde igneas partes et aereas resolvit et facili et consumit tanquam subtiliores. terrestres autem et aquosas dissolvit / sed pro sui parvitate eas consumere non potest. unde pres ille subtiliatur sed non consumuntur. et ita frigiditas et siccitas dominatur cum suba tenui et sapor gignit acetosus. Acetosa provocant appetitum. quia ex frigi-

ditate et siccitate motum habent ad centrum: unde comprimunt cibaria ad fundum / et sic os stomachi euacuant / qui sentiens suam inanitionem cibum appetit. nam desiderij opposita est operatio ex appetitiva virtute naturali et animali sensibili. Item solvuntur venter plenus et dissipant inanitum. nam subtilitas substantie acetose inveniunt multam humiditatem in stomacho incidit eam et subtiliatur / et sic eam reddit abilem ad fluxum et evacuationem sed quando stomachus est vacuus parvam inveniunt humiditatem quam acetosa desiccant siccitate et constringunt frigiditate. Item opilatioes splenis et epatis aperiunt quia non qualitate sed substantie subtilitate humores in poris aperiunt quia incidunt et dissolvunt. Item acetosa spiritualibus ob sunt frigiditate coarctante / et siccitate exasperante. Item posita in exterioribus calidos humores repercutunt unde et tibiae inflatae ex retentione menstruorum vel emoroidarum in calido acetolote facile detumescunt. De his que supra in tractatu de aceto. li. xvij. ubi tractatur de vitibus et de vino.

Ponticus sapor fit ex frigiditate et siccitate existente in tertio gradu cuius grossa suba. unde et ponticum appositi lingue constringit et suba subintrans poros partes condensat et ita occurrat sapor qui ponticus appellatur. Ad ponticum saporis perficiendum quatuor elementa conveniunt. cum maiori tamen inequalitate. quia cum domiatur aqua et terra ignis et aer substant. Ex forti autem dominio aque fortis fit frigiditas et ex terra multa siccitas ideo non potest ibi fieri perfecta transmutatio cum ibi sit defectus caloris et humoris. unde cum frigiditas et siccitas ibi habeant dominium necesse est ut suba remaneat grossa ex dominio frigiditatis et siccitatis. Habet autem ponticus sapor hoc proprium (ut dicit ysa. quia ponticitas coniuncta cum sapore delectante magis delectat et contristante magis tristat. cuius ratio hec est / ponticitas adiuncta rei dulci et vinctuose si ingrediatur poros facit illam dulcedinem ibi diutius commorari. et ita firmiter imprimuntur tunc delectatio et diu durat. simile est de humore contristante hinc est quod caro que ossibus est vicina iocundior habet saporis. ossa. n. sunt melancholica. scilicet frigida et sicca. caro vero in sui natura dulcis est et sanguinea / et ita est ibi ponticitatis et dulcedinis mixtio propter quod et maior delectatio. ideo etiam caro cervina est iocunda / similiter et bovina quia coniungitur ponticitas ex complexione melancholica animalis / et dulcedo ex parte carnis. Et converso est de absinthio et fumo terre quoniam cum eis associatur amaritudo et ideo magis contristat

gustum ut aloë vel aliquod simile. Item pontica appetitum excitant et post prandium laxant. cuius ratio est compressio abariorum ad inferiora ad instar torcularis. ante prandium vero constipant quia constringunt nervos et opilant meatus et substantie grossae et frigiditatis et siccitatis qualitate. vnde et sumpta abaria retinentur et exire non permittuntur. Item grossae sua epa et splenem opilant/calculum generant/coericam et ylicam passionem excitant. obturatio sua grossae intestina et fumum ac finum exire non permittunt. spualia etiam membra ledunt et grauant/ quia ea exasperant et desiccant. exterius autem apposita vomitibus sedant et tumores calidos reprimunt. sanguinis fluxum intercipiunt atque sistunt. nervos percutiunt. dentes et acerbant.

Sapor stipticus ex frigiditate et siccitate in mediocri suba generatur ad cuius perfectionem quatuor conueniunt elementa quadam proportione inequali. nam aqua et terra ibi predominant/ sed non quantum in pontico. Et aqua autem accidit frigiditas et ex terra siccitas generatur. ex frigiditate deprimunt calor qui repercussus partem facit ebullitionem. vnde et suba partem resoluitur sed non consumitur/ sed ex siccitate aliquantulum condensatur. et quia siccitas non potest omnino desiccare nec omnino consumi/ re remanet substantia mediocri. Et ita patet quod sapor stipticus causatur ex frigiditate et siccitate in substantia mediocri. et in hoc differt a pontico/ qui ex eiusdem causis quauis minus remissis in substantia grossa radicat. ideo stipticus sapor sub pontico continetur (secundum ysa.) qui tantum septem dicit esse saporum differentias/ sub pontico stipticum comprehendit. vnde secundum ipsum ponticitas est intensa stipticitas/ et stipticitas remissa ponticitas. vnde non differunt simpliciter secundum speciem sed solum secundum maiorem intensionem vel minorem et adeo vterque conuenit cum alio in effectu/ sed secundum maius et minus.

Sapor nonus dicitur insipidus/ siue sine sapore. et hoc potest dici dupliciter. scilicet priuatiue et positiue. priuatiue dicitur insipidus/ cuius sapor sensu non potest comprehendere. ut sapor aque/ qui gustu non percipitur propter eius maximam similitudinem ad organum gustus. quia aqua est simplex respectu liquorum quatuor recipit in sua compositione. Positiue dicitur sapor insipidus qui ultra primum gradum ad aliquem interiore saporum non est sensu determinatus/ ut est albumen oui. cuius sub-

stantia est mediocri. et caliditas vel frigiditas primi gradus distantiam sensibiliter non excipit. talia insipida sunt cucurbita/citrilli/melones/ et huiusmodi. quorum usus plus conuenit medicine quam diete. pars enim nutrit/ quia saporem non habent delectabilem et suba habet fluxibilem. humiditate sua et frigiditate siccitatem mingant/coericam et calorem extinguunt. fluxum augmentant. et quotidianas febres generant. et omnes alias fleumaticas frigiditas. scilicet et humiditas nutriunt vel prouocant passiones. Sapor itaque insipidus causatur ex frigiditate et humiditate in suba mediocri/ ad cuius completionem sicut in alijs quatuor conueniunt elementa/ sed non equali proportione qua aqua et aer principaliter terra secundario predominat. propter fortiore igitur frigiditatem et mediocre siccitatem partes ignee et aeree resoluntur in aqueas et in terrestres. sed quia resistit dominium humiditatis non potest compingi ex siccitate terrea. Reliquum igitur suba mediocri cum dominio frigiditatis et humiditatis que sunt principia istius saporis qui abusiue sapor insipidus nominatur. Decidit igitur de saporibus simplicibus quoad eorum differentias et naturas dicta iam sufficienter. que omnia de dictis ysa. constant. ga. et aliorum auctorum medicine breuiter sunt accepta. Sunt autem quidam compositi saporum sicut et mixti sunt pariter colores et odores. et hi saporum secundum diuersas compositiones diuersimode operantur. quia alio modo sapiunt in solidis/ alio modo in liquidis. aliter in sensibilibus/ et aliter in animatis. de quibus in naturis et proprietatibus rerum et corporum animatorum et inanimatorum in libris precedentibus est ostensum. De liquoribus tamen in quibus fundati sunt saporum aliqua arbitror hic supplenda/ que in libris superioribus casualiter sunt omissa.

De liquoribus.

Liquor est liquidus humor in plantis et animalibus corporibus per digestionem generatus/ eliquatus violentia vel natura de substantia corporis mixti/ vel expressus. Quilibet autem humor non vocatur liquor sed solus ille qui artificialiter vel naturaliter liquatur de plantis et rebus animatis. ut lacte uinum de animalibus. uinum et oleum de arboribus. mel de floribus. sicera de fructibus. ceruisa de granis. orizacata de pomis siluestribus et